4 I

TAĀLIBĪI SYNTAGMA

DICTORUM BREVIUM ET ACUTORUM,

ARABICE EDITUM, LATINE REDDITUM, ET ANNOTATIONE ILLUSTRATUM.

SPECIMEN E LITTERIS ORIENTALIBUS,

EXHIBENS

ṬAĀLIBĪI SYNTAGMA

DICTORUM BREVIUM ET ACUTORUM,

QUOD,

AUSPICE VIRO CLARISSIMO

LEGATI WARNERIANI INTERPRETE,

EX CODICE MS. BIBLIOTHECAE LEIDENSIS ARABICE EDIDIT, LATINE REDDIDIT,
ET ANNOTATIONE ILLUSTRAVIT

JOSUA JOHANNES PHILIPPUS VALETON, *HAGANUS,*
ECCLESIAE WALLONICAE, QUAE MEDIOBURGI EST, ANTISTES.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. & J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos.

1844.

PRAEFATIO.

Quum ante hos sex, et quod excurrit, annos, Vir Clarissimus, idemque semper erga me benevolentissimus, Weijersius, quo munus Professoris Literarum Orientalium suscipiente, equidem maximo huic doctrinae generi operam dare inceperam, auctor mihi exstitisset, ut opusculo quodam Arabico elaborato, progressuum meorum qualiumcunque specimen ederem, nihil sane mihi, optimi praeceptoris consilium lubenter arripienti, aliud fuit propositum, quam ut specimen illud, eo praeside, ad publicam disceptationem proponerem. Multa vero fuerunt, quae ut prius impediverant quominus opus susceptum deinceps absolveretur, ita denique me moverunt ut illud consilium mutarem. Primum fuit, quod Ecclesiae Wallonicae, quae Medioburgi est, cura mihi mandaretur. Haud multum quidem tunc aberat, ut operis editio a meâ saltem parte parata esset, utque illud Weijersio, ultimam manum admoturo, tradere possem. At nemo mirabitur, me juvenem, ad tam grave munus obeundum vocatum, intra primum fere annum etiam pauca illa quae deërant adjicere non potuisse. Ineunte tamen anno 1842 Weijersii curâ eo perventum est, ut opusculum typis mandaretur. Jam vero Viri Clarissimi accuratissimâ investigatione factum est, ut Codicis Parisiensis, de quo mox dicam, collatio necessaria redderetur, quod ut ad operis interpretationem perficiendam plurimum contulit, ita tantum quoque temporis absumsit, ut non nisi ineunte anno 1843 de editione et defensione cogitari posset. Circa hoc autem tempus gravis et diuturnus Weijersii morbus omnes, quibus Literarum Orientalium studium cordi est, omnes inprimis, qui Viri praeclarâ institutione et familiaritate usi erant, dolore affecit et metu perculsit, quibus tandem, insigni Dei O. M. beneficio, liberati videmur, quum, morbi vi remissâ, spes nobis facta sit fore, ut Vir Clarissimus pedetentim ad pristinam valetudinem redeat. Vel sic tamen neque ille adhuc, neque ego nunc amplius, de primo proposito exsequendo cogitare possumus. Quod ad me enim attinet, tantum interea temporis spatium elapsum est, ex

que Academiae valedixi, et tot negotiis impedior, quominus totum me istis studiis jam tradam, ut a publicâ disceptationis consilio plane desistam. Sic igitur in lucem nunc prodit opusculum illud, de quo in antecessum adhuc pauca monenda habeo.

Codex, ex quo libellus a me editus descriptus est, ipseque ille libellus, jam quodammodo innotuerunt iis, quae Venerandus P. Coolius in praefatione ad *Selecta ex Thaâlebîi libro facetiarum* (quae, *Chrestomathiae* nomine, T. Roordae *Gramm. Arab.* L. B. 1835. 8°. adjuncta sunt) pag. 172 monuit. Est enim Codex ex eorum numero »quos vir amplissimus Warner bibliothecae Leidensi ex testamento donavit. Notam gerit 1042. Formâ est quadruplicatâ minore; chartâ Orientali; scripturâ, quae *Neschî* dicitur, satis nitidâ atque eleganti." Vocalium notae, puncta diacritica aliaque signa lectionis, quae satis magno numero, non tamen omnia neque ubivis recte, adscripta sunt, magnam partem alii cuidam quam librarii manui debentur, quae recentior manus etiam hic illic in textu augendo vel corrigendo, et in notis nonnullis marginalibus adjiciendis, occupata fuit. Continet ille Codex duo opuscula, quamvis in primâ ejus paginâ tres inscriptiones reperiantur. Opus enim, in tertiâ inscriptione sic designatum: وفيه الأَجْوِبَة المُسْكِتَة تاليف ابى اسحق ابرهيم بن محمد بن ابى عَوْنٍ الكاتب رحمه الله تعالى, nescio quo casu deëst. Reliquorum opusculorum prius diserte ad Taâlibium auctorem refertur. Nullum, proprie sic dictum, titulum in fronte gerit; argumentum vero ejus (partim saltem) his verbis exponitur: لطائف الصحابة والتابعين رضى الله عنهم اجمعين. Duodecim capita complectitur, quorum argumenta ex Coolio cognoscere licet, quippe qui ex hoc ipso libello *Selecta* sua edidit. Est autem illum libellum inter et alterum, qui Codicis 94 ultimis paginis, singulis 13 versus complectentibus, continetur, quemque nunc edo, magna generis, argumenti, stili quoque, qui dicitur, convenientia; quin imo multa iisdem vel parum diversis verbis in utroque traduntur. Quae omnia Coolium ad suspicionem adduxere, nostrum quoque libellum Taâlibio esse tribuendum. De auctore enim, non minus quam de titulo ejus, Codex nos incertos relinquit. Neque aliud quidquam diu mihi affirmare posse visus sum, nisi auctorem incognitum Taâlibii fuisse aequalem, quum ex locis nonnullis, ut ex. gr. hujus editionis pag. ٣. vs. 10 et 13, ٣٩ vs. 2 a fine, pateat eum saec. XI. ineunte vixisse.

Hic tamen desinendum non fuit. Nullum enim amplius dubium nunc superest, quin revera opusculum nostrum a Taâlibio conscriptum sit. Quomodo primum haec persuasio

Weijersio orta sit, ipse exposuit in hujus operis pag. ٣٩ in annotatione. Apparet autem, quod hic jam monendum esse censeo, ex ejus disquisitione, opusculum nunc editum primum sic, ut hic habetur, a Taâlibio compositum esse, deinde vero ab eo fere totum paucisque mutatis receptum esse in aliud quoddam, majoris ambitûs, opus, cui titulum الاعجاز والايجاز praefixit. Hujus autem etiam libri duae variae recensiones exstant, altera quae Parisiis, in Bibliothecâ Regiâ (sub titulo الاعجاز فى الايجاز) servatur, quamque Weijersius uberius descripsit in ann. modo laud.; altera ab hac multis nominibus diversa eâque recentior, quae in Bibliothecâ Petropolitanâ reperitur, et de quâ Weijersius fusius egit pag. 94 ann. 5.

Ex utroque hoc Codice magnum adjumentum ad nostri opusculi editionem perficiendam redundavit. Quum vero alterius collatio locum habere non potuisset, nisi super plagulis textus nostri typis jam expressi, alter vero ad Weijersium tum demum afferretur, quum tota interpretatio absoluta esset, lector monendus est, omnem Parisiensis illius varietatem lectionis, cujus jam in interpretatione ratio habita est (1), reperiri inde a pag. ٢٩ usque ad pag. ٩٧; ea vero, quae ad opusculi nostri intelligentiam ex Codice Petropolitano desumi potuerunt, collecta esse in Addendis inde a pag. 98 ad pag. 113.

Caeterum non opus est ut multis de Taâlibio agam. Universe notum est, eum fuisse e numero elegantissimorum Arabum scriptorum, eumque inprimis Anthologiis colligendis operam dedisse. Natus est Neisâbûri a. Ar. 350, mortuus a. 429 (secundum 'Ibn-Callicânem) vel 430 (secundum Ḥâgi-Califam). Cognominatus est *at-Taâlibî* a pellibus vulpium consuendis et vendendis. Pauca de eo dixit Coolius op. cit. p. 174 sq.; plura reperiuntur apud Herbelotium in v. *Tha'lebi*; uberius de eo disputavit Gust. Flügelius in libro: *Der vertraute Gefährte des Einsamen*, Praef. pag. XVI—XXVIII. Sed inprimis conferatur 'Ibn-Callicân n. 391, ed. Wüstenfeldii Fasc. IV. p. ١١, ١٢, Slanei I. 3 p. ٤٠٥, ٤٠٩; item Wüstenfeldius: *Ueber die Quellen des Werkes Ibn Challikans* in *Gött. Gel. Anz.* 1837. p. 1103—1108, vel ejusdem scriptionis, seorsim editae, p. 15—20.

Nonnulla quoque indicia ipsum nostrum libellum ad accuratiorem rerum Taâlibii co-

(1) Ii loci, qui non ad editum textum, sed ad Codicis Par. diversitatem, Latine conformati sunt, *cursivis*, quae dicuntur, literis accurate a reliquis distincti sunt.

gnitionem suppeditare, ut legenti cuique facile apparebit, ita *Index Nominum propriorum* etiam magis declarabit.

Scribendi finem facere non possum, antequam animum meum declaraverim erga te, Vir Clarissime Weijersl cui, si qua mihi est cognitio Literarum Orientalium, eam omnem debeo, qui semper mihi consilio et auxilio tuo affuisti, quoque nunc auspice hoc specimen edere mihi licet. Gratias meas benevolenter accipias pro omnibus quae tibi debeo, inprimis quoque pro operâ, quam in hoc opusculum contulisti. Dicere non possum, quantum cum voluptatis tum utilitatis ex universâ tuâ institutione, et ex hac sub tuo auspicio paratâ libri Arabici editione perceperim. Non ego is sum, qui multum ad Literarum Orientalium disciplinam excolendam aut promovendam umquam allaturus sim: hoc tamen affirmare non dubito, universum hoc studium maximam vim exercuisse et etiam nunc exercere in reliqua omnia, quibus operam dare mihi incumbit. Non loquor de solâ V. T. intelligentiâ, ad quam sine reliquarum Semiticarum linguarum cognitione perveniri nullo modo potest. Hoc volo: sic ut tu mihi dederis eorum sermonum ingenium capere et perspicere, nihil umquam posse magis idoneum esse ad mentem claris notionibus imbuendam eamque ad accuratam rerum existimationem et rectum ratiocinandi modum informandam. Magna igitur ex hoc studio in maxime diversas doctrinas emolumenta redundant. Haec ego tibi debita refero. Faxit Deus O. M., ut per longum adhuc temporis spatium et ipse huic disciplinae operam dare et multis in eâ adolescentibus viam monstrare possis. Decus et praesidium Literarum Orientalium in patriâ nostrâ esse pergas. Discipulos invenias, qui magis etiam quam ego te digni sint, tuaque vestigia premant, permultos; qui animo erga te magis grato sit, invenies nullum.

V

INTERPRETATIO LATINA

LIBRI ARABICI, QUO CONTINENTUR

pulcherrima effatorum Moḫammedis, et Sociorum illius virorumque qui hos secuti sunt, et Regum, tam qui ante Islāmum vixerunt, quam qui ipsis imperarunt Moslimis, et Wezirorum ac Scribarum et eloquentium virorum, et Philosophorum atque Eruditorum.

Qui liber aut pro fonte habendus est ex quo postea fluxerit — aut pro epitome in quam contractus sit — liber cui titulus est:

Inimitabilia acutae breviloquentiae specimina,

scriptus a Śeiʿo Abū-Mançūro ʿAbdoʾlmalico ·ibn-Moḫammed ·ibn-ʾIsmāʿīl ·aṯ-Ṫaʿālibī ·an-Neisabūrī.

Non nisi per Deum res mihi prospere succedet: in Illo posui fiduciam meam.

Laus sit Deo, apud quem successu non caret spes sperantium, neque in irritum cadit labor laborantium; domino absoluto coelorum et terrarum, et gubernatori rerum creatarum omnium. Ac benedicat Ille et faveat principi Legatorum, Moḥammedi, et genti ejus, et Sociis ejus, bonis, puris. — Quibus solenniter praemissis (ut jam ad rem ipsam veniamus), est hic liber compendiosum opus, quod complectitur nonnulla apophthegmata acuta perfectionis inimitabilis, quae magnificus ʾal-Qorʾānus effatus est, et aliquot dicta concisa Prophetae, cui Deus benedicat et faveat, ac Ćalīfarum rectâ viâ incedantium [1], et Regum ʾEmīrorumque et Wezīrorum ʾIslāmiticorum, ac Regum qui ante ʾIslāmi tempora vixerunt. Continet autem octo Capita:

CAPUT I. exhibet nonnulla apophthegmata acuta perfectionis inimitabilis, quae magnificus ʾal-Qorʾānus effatus est.

CAPUT II. concisa dicta Prophetae, cui Deus benedicat et faveat, ejusque assimilationes [2], metaphoras et comparationes.

---

1) Haec sine dubio vis est illius appellationis, quâ quatuor primos Moḥammedis successores ornare solent Arabes, nimirum ut integritatem vitae rectaque instituta eorum laudent. Minus bene eam explicuerunt Herbelotus in v. *Khalifah* (*les Khalifes de la droite ligne*), et Reiskeus in versione loci Abū'lfed. V. p. 234 (*legitimi Chalifae*). Melius Mangerus in loco *Vitae Tīmūri* I. p. 506, vertendo: *Chalifae rectae fidei*, quanquam non *fides* adeo, sed *probitas agendi* exprimenda erat. — Caeterum animadvertendum est, quatuor illos, et praeterea, ut videtur, ʾal-Ḥasanem, filium et successorem ʿAlī, solos ab hujus libelli scriptore *Ćalīfas* dici, reliquos *Reges ʾIslāmiticos*: cujus rei causa est in eo, quod tradit pag. ٢. vs. 13 seq., ipsum Moḥammedem dixisse: „Ćalīfatus post me per 30 annos durabit." Mortuus autem est Moḥammed anno post secessionem 11°, et ʾal-Ḥasan Ćalīfatu se abdicavit a. 41.

2) [Nequaquam opus est, ut vox وتمثلاته, quae hoc loco perspicue in Cod. offertur (sed sine vocalibus), in وتمثيلاته mutetur, quemadmodum factum esse diximus in loco qui sequitur, p. ٧ v. 2 (ubi ex p. ٥٣ vs. 8 vides, etiam Par. Codicem cum correctione illâ conspirare). Ut enim 2ª forma مثّل significat: *fecit*, *instituit*, مَثَّلَ, ita 5ª per vim suam reflexivam exprimit: *fecit sibi*, *instituit*

Caput III. talia quae tradita sunt, ut a Calif*is* rectâ viâ incedentibus, et a Sociis Mohammed*is*, atque a viris qui hos secuti sunt, profecta; quos omnes Deus gratos habeat.

Caput IV. ea quae ad nos pervenere a Regibus, qui aute 'Islâm*i* tempora vixerunt.

Caput V. dicta Regum 'Emîror*um*que 'Islâmi*ticorum*.

Caput VI. dicta festiva Wezîr*orum* et virorum principum.

Caput VII. facetias Scribarum et virorum eloquentium.

Caput VIII. dicta ingeniosa Eruditorum et Ascetarum et Philosophorum.

P. ٣

CAPUT I.

exhibens nonnulla apophthegmata acuta perfectionis inimitabilis, quae magnificus 'al-Qor'ân*us* effatus est.

Qui cognoscere velit dicta concisa, animumque advertere ad praestantiam brevitatis, et sentire eloquentiam talis sermonis quo velut nutu res exprimatur, et perspicere *vim sufficientem* orationis paucis verbis contractae, is attente consideret magnificum 'al-Qor'ân*um*, et contempletur [1] excellentiam ejus prae omni reliquo sermone. Cujus generis est hoc dictum Illius, cujus majestas sancte colatur: »Ii qui dixerunt: Deus est Dominus noster, et rectos se tenuerunt [2].« Unum enim verbum hoc est, quod perspicue exprimit omnem

---

sibi, مَثَلٌ. Et igitur تَمْثِيلٌ, et تَمَثُّلٌ, *assimilationem* denotat, ac nullo fere sensûs discrimine in plurali aut تَمْثِيلَاتٌ aut تَمَثُّلَاتٌ dici potest. Quo autem constet usus 5ae formae ad hunc sensum adhibitae, conf. loci a Castello laudati et locus ex فتوح مصر p. 45 vs. 6; inprimis vero titulus alius Taâlibi*i* operis, التمثُّل والمُحَاضَرة, ab Hâgi-Cal. commemorati, ex Flüg. edit. T. II. p. 420 n. ٣٥٥٥; qui titulus ita ut feci scriptus, in ipso Cod. nostro 435 (Catal. n. 1459), quo liber iste continetur, se offert, itemque in Cod. nostro Lexici Hâgi-Cal. n. 1370, et quantum ad posterius vocabulum attinet, etiam in n. 1371 et in Cod. D'Ohsson*iano*. At in hoc utrumque pro التمثل scriptum est التمثيل, eandemque hanc scriptionem minus bene expresserunt Flügel*ius* in Praef. ad librum *Der vertr. Gefährte des Eins.* p. xxv n. 4, et Wüstenfeld*ius Ueber die Quellen des Werkes: Ibn Chall. vitae ill. vir.* p. ٣ vs. 1 a f. In editione operis Hâgi-Cal. Flügel*ius* bene scripsit التمثل, sed per nudum errorem, ut credo, والمحاضرات pro والمحاضرة. W.]

1) Quinta forma تَمَثَّلَ, cum accusat. constructa, etiam offenditur in Kosegarten*ii Chrest. Ar.* p. 2 vs. 5 a f., p. 9 vs. 5, p. 13 vs. 11, p. 17 vs. 6, itemque apud alios scriptores. In Freyt. Lexico haec constructio non notata est. 2) Al-Qor. XLI. 30 et alibi.

obedientiae ambitum in obtemperando mandatis et abstinendo a vetitis; ita quidem, ut si quis homo obedivisset Deo O. M. per centum annos, tum vero unum granum furto auferret, ipso hoc semel patrato furto a rectitudine illâ defecturus esset. — Et ejusdem generis est hoc quoque Dei dictum: »Metu carebunt et tristitiam non sentient [1].« Quibus verbis haec unâ expressit, venturam esse *ad* eos omnem rem gratam, et omnem rem odiosam ab iis abfuturam. Nulla enim res est, magis homini noxia, quam tristitia et metus, quum tristitia nascatur ex re ingratâ *aut praeteritâ aut* praesenti, et metus *nascatur* ex re ingratâ futurâ; et quando hi duo conjunctim homini accidunt, nihil ei prodest sua vitae supellex, sed *taedio* vitae suae *corripitur*. Metus ergo et tristitia sunt efficacissima causa aegritudinis animi, sicut laetitia et securitas efficacissima causa sunt *sanitatis ejus*; ac tristitia et metus ex adverso respondent cuique calamitati durae, cum securitas et laetitia ex adverso respondeant cuique beneficio et gratiae leni (quae divinitus contigerint). — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Iis est securitas, et rectâ illi viâ incedunt [2].« Securitas autem est unum vocabulum, quod exprimit, gaudium eorum ab omni ro turbante [3] purum esse, quia securitas nihil aliud est quam *incolumitas* a metu, et metus res *est* maxime omnium odiosa, ut supra commemoratum est. Quando igitur securitatem consequuntur, nullâ determinatione restrictam, tollitur ab illis metus, et hoc sublato, tollitur simul omne quod odiosum est, ac provenit laetitia grata. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Serrate pacta [4].« Quae duo vocabula comprehendunt omnia, tam quae P. ۴
Deus excelsus creaturis suis imposuit Ipsi praestanda, quam quae inter sese homines pacti sunt. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Et in eo [Paradiso] erit quod animi cupiunt et quo delectantur oculi [5].« Non superesse potest cuiquam postulatum, quod non contineatur his duobus verbis: cui accedit propinquitas sensûs, quae in iis conspicitur, et nobilitas dictionis et pulchritudo nitoris. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Et in navi, quae mare permeat, vehens id quod utile est hominibus — [6].« Haec tria ultima verba tot comprehendunt mercium species, totque genera commodorum quae cum navigatione conjuncta sunt, ut enumerando percenseri non possint. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Palam igitur profitere id quod juberis [7].« Tria haec verba sunt, quae comprehendunt conditiones et leges et normas Prophetici muneris, quodque hoc gerenti licitum erat et vetitum. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum, in do-

---

1) Al-Qor. II. 36 et alibi. 2) Al-Qor. VI. 82.

3) شَائِبَة est omne illud quod يَشُوب, *turbidum reddit*: ergo aut proprio sensu *spurcities*, aut figurate *calamitas*. 4) Al-Qor. V. 1. Plur. عُقُود, a sing. عَقْد ductum, apud Freyt. omissum est.

5) Al-Qor. XLIII. 71. 6) Al-Qor. II. 159. 7) Al-Qor. XV. 94.

scribendo vino Paradisi: »Non laborabunt capitis dolore ex potu ejus, neque inebriabuntur [1].« Haec duo verba includunt omnia quae in vini naturâ mala sunt: quibus cum efficiatur ut mens abeat et exsistat capitis dolor, Deus vinum Paradisi exemit malis attributis illis, et constare fecit (hos ejus effectus) ut animus exhilaretur, *et natura corroboretur*, et proveniat laetitia. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Profecto comedissent de (rebus) supra ipsos et sub pedibus ipsorum (oblatis) [2].« Quod dictum comprehendit omnia quae comedunt homines ex iis quae terra gignit. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Ac debetur iis par atque ipsae debent, ex aequo [3].« Dictum hoc est, quod complectitur omnia, quae maritis incumbunt erga uxores, nempe ut bene iis utantur, easque tueantur, et removeant quae mala iis accidant, et omni virium intentione ea curent quae efficiant integrum illarum et prosperum statum [4]; itemque omnia, quae incumbunt uxoribus erga maritos, nempe ut obediant iis, bonasque se iis socias praebeant, studeantque iis gratae esse, et jura eorum accurate observent, et *res secretas eorum* in animo custodiant [5], et prohibeant quominus *perfide ab aliis habeantur*. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Vobis in talione vita est [6].« Relatum est dictum Regis Ardešîr, quod eruditus quispiam (Arabice) interpretatus est, ut dixerit: »Caedes optime repellit caedem.« Sed dicto Dei omnia continentur quae dicto Ardešîri; cum in illo praeterea complures insint pulchrae significationes, ex quarum numero est, tum quod commemorandâ talione justitiam (caedis) declarat, tum quod scopum qui petitur, nempe vitam, manifesto designat, tum quod excitat desiderio et metu *ad exsequen-*

---

1) Al-Qor. LVI. 19. Verbum نَزَفَ in 1ª formâ tum transitivam vim *exhauriendi* habet, tum neutrâ vi significat *exhaustus fuit* (quo sensu etiam نَزِفَ et نَزُفَ scribitur). Ut vero passivum hujus 1ae formae, نُزِفَ (pp. *exhaustus fuit* viribus), usu linguae exprimit *ebrius fuit*, ita eadem vis etiam activo formae 4ae (utpote quae, a 1ª nihil diversa, et valet *exhaustus fuit*, et *exhausit*), in 'al-Qāmûso tribuitur. Unde jam apparet, quomodo pro يُنْزَفُونَ, ut in 'al-Qorâni Codd. et Edd. (itemque apud Ǵauhar. in v. نزف) scriptum est, recentior illa manus hic in Cod. يُنْزِفُونَ substituere potuerit.

2) Al-Qor. V. 70. 3) Al-Qor. II. 228. 4) Uti مَصَالِحُ, plur. formae مَصْلَحَةٌ, ea exprimit *quibus efficitur* صَلَاحٌ (*status integer*), ita مَنَاجِحُ plurale est formae مَنْجَحَةٌ (a solo Castello notatae), et significat *ea in quibus* نَجَاحٌ (*prosperitas*) vertitur.

5) De vi dictionis حَفِظَ الغَيْبَ conf. 'al-Qor. IV. 38, XII. 81; et infra p. ١٣ vs. 8. 6) Al-Qor. II. 175.

dam[1] *Dei eam rem mandantis voluntatem*, *tum quod inter se conjungit mentionem talionis et vitae*, *tum denique quod longe abest* a repetitione quae animo molesta est: in illius enim dicto: »Caedes optime repellit caedem," repetitio est, cujus absentia eloquentiae augmentum efficit. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum de fratribus Josephi: »Ac postquam de eo (recuperando) desperarunt, toti fuerunt in secretis consiliis agitandis[2]." Quibus verbis describitur, secessisse eos ab hominum coetu, et consilia versavisse sursum deorsum[3], et instituisse adornare sermonem, quocum patri occursuri essent tempore reditûs sui, reique quae accidisset expositionem, quam ad illum[4] allaturi essent: ita ut brevia illa verba sensum complectantur longae historiae. — Et ejusdem generis est hoc Dei dictum: »Ac si timeas perfidiam a populo quoquam, projice e manu tuâ ad eos (pacta quae tibi cum illis intercędant), aequali modo[5]." Si vellet coryphaeus aliquis inter viros in eloquentiâ principes sententiam Dei (hoc dicentis) *explicare*, non posset haec verba ita in medio ponere, ut sensum quem contineant, ipsa (extrinsecus) indicarent[6], nisi hoc modo, ut expanderet quae in iis contracta, *et* (*supplendo*) *conjungeret quae in iis abrupta*, et manifestaret quae in iis occultata sunt. Dicit autem: si vobis[7] cum populo quoquam induciae et pactum intercedant, ac timeas ab illis perfidiam P. ٥

1) Evidens est, 2^am^ formam نَفَّذَ hic eandem vim habere, quae in Lexicis 4^ae^ tributa est: *ratam fecit rem*, *executus est* mandatum.

2) Al-Qor. XII. 80. Verba خَلَصُوا نَجِيًّا propriis valent: *puri puti fuerunt secretorum consiliorum consortes.*

3) De usu formulae ظَهْرًا لِبَطْنٍ conf. locus e libro كليلة ودمنة p. ٣٧ vs. 7, et Freyt. Lex. in 8^a^ formâ verbi ضرب.

4) [Non dubito, quin pro عليه substituendum sit اليه, licet Par. quoque Codex cum nostro conspiret. W.]

5) Al-Qor. VIII. 60. Gauharius in v. سوى, postquam dixit, سَوَآءٌ idem significare quod عَدْلٌ, pro exemplo hunc al-Qorâni locum citavit. Ex quo Freytagius male effecit, ei *rectitudinis* notionem hic subjiciendam esse: Gauharius enim sine dubio *aequalitatis* notionem spectavit, ideoque synonymum عَدْلٌ apposuit, quoniam hoc, ita plane ut سَوَآءٌ, tam abstractam vim *aequalitatis* habet, quam concretam *aequalis*, *aequivalentis* rei.

6) [Constructio verbi أَدَّى cum praep. عن ita, credo, explicanda est, ut *attulit* elliptice valeat *attulit nuntium*, *indicavit*, et eadem ergo praepositio ei hoc sensu subjecta sit, quae verbis أَخْبَرَ, نَبَّأَ, et similibus est propria. W.]

7) Pro بينكم propter sequentia خفت, نقضت, caet., exspectasses بينك; sed animadvertendum est,

et pacti violationem, nuntia illis, te pactum quod ipsis concessisses rupisse, et indic illis bellum, ut aequali ratione tu et illi de pacti violatione certi sitis.

Sectio,

exhibens tales magnifici al-Qorâni locos, qui proverbii vim habent, et quibus admirabilis pulchritudo, inimitabilis perfectio, et breviloquentiae laus conjunctim inest [1].

Nihil praeter Deum est, quod eum (diem) revelet [2]. — Non assequemini pietatem, donec (stipem) erogetis ex eo quod in deliciis habeatis [3]. — Nunc manifesta exstitit veritas [4]. — Et proposuit nobis similitudinem, atque oblitus est creationis suae [5]. — Hoc (tibi evenit) pro eo quod praemisere manus tuae [6]. — Decreta est res de quâ consulitis [7]. — Nonne aurora propinqua est [8]? — Deinde loco mali bonum substituimus [9]. — Et obstaculum interpositum erit inter ipsos et rem quam cupient [10]. — Unusquisque nuntius (divinitus allatus) stat firmus [11]. — Sed non circumveniet machinatio mala nisi auctores suos [12]. — Dic: unusquisque agit secundum institutum suum [13]. — Fieri potest ut odio habeatis rem, in quâ Deus tamen magnum bonum (vobis) constituat [14]. — Ac si mali quid vobis acciderit, id iis gaudio est [15]. — Quaevis anima pro eo quod commisit, obses retinebitur [16]. — Secundum decretum (divinum), o Moses! [17]. — Donec, quum laetabantur eo quod adepti fuerant, subito eos corripuimus [18]. — Legato nihil amplius incumbit, quam ut nuntium

---

hic una cum Prophetâ etiam populum cui praeesset, exprimi. Verti igitur posset: *si tibi tuisque cum populo quoquam* caet.

1) [Multum diversa ratio, quâ haec eadem sectio in libro الاعجاز فى الايجاز secundum Cod. Par. offertur (vid. p. ٥٢ seq.), longe explicatu facilior est, si utrumque opusculum ab *ipso* Ţaâlibio profectum, et ex hoc minori postea majus illud ceu fonte derivatum est, quam si hic libellus epitome esse putatur, ab alio homine ex illo sumta. Ipse auctor postea videre potuit, se in his locis seligendis nec satis accuratum nec satis prudentem fuisse: neque mirum igitur, si hanc sectionem retractans, ét longe plerosque ut minus idoneos omiserit, ét novem alios, antea a se neglectos, pro his substituerit. Contrà vero, alienissimum a ratione est, ut in *epitome* haec operis pars tam insignem in modum aucta et amplificata fuerit. — Caeterum vides, inscriptionem hujus sectionis sic intelligendam esse, ut Ţaâlibius istiusmodi locos hic adducere voluerit, qui deinde apud Arabes vim quandam proverbialem nacti fuissent. W.]

2) Al-Qor. LIII. 58. 3) Al-Qor. III. 86. 4) Al-Qor. XII. 51. 5) Al-Qor. XXXVI. 78. 6) Al-Qor. XXII. 10. 7) Al-Qor. XII. 41. 8) Al-Qor. XI. 83. 9) Al-Qor. VII. 93. 10) Al-Qor. XXXIV. 53. 11) Al-Qor. VI. 66. 12) Al-Qor. XXXV. 41. 13) Al-Qor. XVII. 86. 14) Al-Qor. IV. 23. 15) Al-Qor. III. 116. 16) Al-Qor. LXXIV. 41. 17) Al-Qor. XX. 42. 18) Al-Qor. VI. 44.

perferat [1]. — Nunc (credis), sed antea rebellis fuisti [2]. — Quoties parva manus, cum Dei nomine, magnum exercitum vicit [3]! — Adversus probos homines nulla patet via (culpandi) [4]. — Putas eos conjunctos, sed corda eorum sunt divisa [5]. — Num alia erit (a parte Dei) beneficentiae merces quam beneficentia [6]? — Non potest tibi (rem quampiam) ita nuntiare ut qui bene (talis rei) gnarus est [7]. — Quodsi Deus boni quid in iis cognovisset, sane fecisset ut audirent [8]. — Omnis secta eo quod penes ipsos est laetantur [9]. — Non praestandum cui imponit Deus, nisi quantum praestare valeat [10]. — Dic: non inter se aequalia sunt turpe et honestum [11]. — Et aufugi a vobis postquam vos timui [12]. — Et vero pauci numero inter servos meos sunt ii qui grati sunt [13]. — Corruptio apparuit in terrâ et in mari [14]. — Domine noster! sine nos hinc egredi: que facto si revertimur (ad pristinos mores), sane improbi erimus [15]. — Ad talem (beatitatem adipiscendam) laborent ergo laborantes [16]. — Imbecillis est qui petit (idolum, quod sibi opem ferat) et (idolum ipsum) quod petitur [17]. — Et istos dies (cladis) circumire facimus per vices inter homines [18]. — Nil profuerunt ad malum a me avertendum opes meae [19]. — O vos qui creditis! quare dicitis quod non facitis [20]? — Ergone fidem habetis parti libri, parti vero fidem negatis [21]? — P. ٩
Nonne attendisti ad eos qui semet ipsi puros declarant? at Deus est qui purum declarat quem vult [22]. — O vos qui creditis! cavete vobismet: non poterunt vobis nocere ii qui errant, quando vos rectâ viâ inceditis [23]. — Nec venit ad eos ullum signum e signis Domini ipsorum, quin avertant se ab illo, nihil curantes [24]. — Ac si reducerentur (in mundum), sane redirent ad id quod iis interdictum est: et vero enim mendaces sunt [25]. — Scitote, Deum

---

1) Al-Qor. V. 99 et alibi. [Vox بَلَاغٌ, quae vim habet infinitivi 2ae *formae*, itaque plane ut أَذَانٌ, أَتَانٌ, et paucae aliae, per suppressam geminationem secundae litterae ex بَلَّاغٌ exstitisse videtur, tam abstracto sensu *nuntium perferre*, quam concreto ipsum *nuntium* significat. W.]

2) Al-Qor. X. 91. 3) Al-Qor. II. 250. 4) Al-Qor. IX. 92. Propria horum verborum vis, quam vertendo exprimere studui, illustratur loco libri كليلة ودمنة, p. ٢٤٠ vs. 8 seq., ubi verba: وحَرَصْتُ على أَنْ لا أَجْعَلَ له على نفسي سَبِيلًا, significant: *et avidus ero hujus rei, ut ne ullam ei causam praebeam me vitâ privandi.*

5) Al-Qor. LIX. 14. 6) Al-Qor. LV. 60. 7) Al-Qor. XXXV. 15. 8) Al-Qor. VIII. 23. 9) Al-Qor. XXIII. 55. 10) Al-Qor. II. 286. 11) Al-Qor. V. 100. 12) Al-Qor. XXVI. 20. 13) Al-Qor. XXXIV. 12. 14) Al-Qor. XXX. 40. 15) Al-Qor. XXIII. 109. 16) Al-Qor. XXXVII. 59. 17) Al-Qor. XXII. 72. 18) Al-Qor. III. 134. 19) Al-Qor. LXIX. 28. 20) Al-Qor. LXI. 2. 21) Al-Qor. II. 79. 22) Al-Qor. IV. 52. 23) Al-Qor. V. 104. 24) Al-Qor. VI. 4. *Signa*, quae hic spectantur, sunt versus al-Qorâni, quorum singulis, seu totidem miraculis, Prophetae missio confirmaretur. 25) Al-Qor. VI. 28.

esse vehementem in puniendo, et Deum esse ignoscentem, misericordem [1]. — Si eorum miserti essemus et sustulissemus calamitatem quâ pressi essent, sane pertinaciter in licentiâ suâ perseverassent, huc et illuc evagantes [2]. — Admone igitur: tu tantum admonitor es; non rector supra illos constitutus es (ut invitos cogere et possis et debeas) [3]. — Nos patres nostros invenimus religionis institutum habentes, et eorum vestigia prememus [4]. — O utinam inter me et te esset intervallum quod sejungit Orientem ab Occidente [5]: sane pessimus talis est socius [6]! — Et non invenimus in eâ qui veram religionem sequerentur, praeter unam domum [7]. — Et admone tamen: nam admonitio utilis est credentibus [8]. — Ne ergo vos ipsi puros declaretis: Ille optime novit eos qui pii se servant a malo [9]. — Neque tamen purum memet declaro: animus enim semper ad malum instigat [10]. — Quotidie Ille occupatus est [11]. — Cui nuntio (divino) post hunc (spretum) credituri sunt [12]? — Ista ergo est iniqua partitio [13]. — At Dominus tuus nequaquam non curat ea quae facitis [14]. — Et secede ab iis secessione decorâ [15]. — Et parum dedit et tenax fuit [16]. — Qui boni quid facit, sibi ipsi (id facit); et qui male agit, (male agit) contra se ipsum [17]. — Non est ea nisi probatio Tua [18]. — Sed pauci numero illi sunt [19]. — Exemplum hinc capite, vos qui videndi facultate estis praediti [20]! — Nullum videbis in creatione Misericordis hiatum [21]. — Et hoc sane jus jurandum — si modo intelligeretis — grave est [22].

CAPUT II.

exhibens concisa dicta Prophetae, cui Deus benedicat et faveat.

Cavete vobis ab olere fimetorum [23]. — Non mordetur credens bis ex eodem latibulo [24]. — Qui (nimium festinando in itineris initio, a sociorum catervâ) se separat, nec ullam ter-

1) Al-Qor. V. 98. 2) Al-Qor. XXIII. 77. 3) Al-Qor. LXXXVIII. 21, 22.
4) Al-Qor. XLIII. 22.
5) Conf. Willmeti Lexicon. Freytagius hanc vim formae dualis الْمَشْرِقَانِ non enotavit, quae tamen per alia exempla similia, ut الْقَمَرَانِ et الْعُمَرَانِ, certa videtur.
6) Al-Qor. XLIII. 37. 7) Al-Qor. LI. 36. 8) Al-Qor. LI. 55. 9) Al-Qor. LIII. 33.
10) Al-Qor. XII. 53. 11) Al-Qor. LV. 29. 12) Al-Qor. LXXVII. 50. 13) Al-Qor. LIII. 22.
14) Al-Qor. II. 69 et alibi. 15) Al-Qor. LXXIII. 10. 16) Al-Qor. LIII. 35.
17) Al-Qor. XLI. 46. 18) Al-Qor. VII. 154. 19) Al-Qor. XXXVIII. 23. 20) Al-Qor. LIX. 2.
21) Al-Qor. LXVII. 3. 22) Al-Qor. LVI. 75.
23) De hoc dicto conf. Freytagii *Arab. Prov.* T. I. p. 48.
24) Significat prudentiam Moslimi, qui ab hoste semel detecto sibi caverit.

ram permeare, nec ullius (jumenti) dorsum conservare potest [1]. — Ne tollas baculum tuum a familiâ tuâ [2].

P. v

Sectio,

exhibens ejusdem comparationes et assimilationes concise enuntiatas.

Homines sunt ut centum cameli: vix unum inter hos invenis vecturae idoneum [3]. — Credentes sunt similes muro: alter eorum alterum corroborat [4]. — Socii mei sunt ut stellae: quemcunque eorum sequamini, rectâ viâ incedetis. — Socii mei similes sunt sali: cibus absque hoc non paratur [5]. — Socii mei sunt similes pluviae: nescitur, primane an ultima melior sit [6]. — Praefecti vestri sunt sicut opera vestra, et quales *estis*, tales vobis *praeficiuntur* [7]. — Qui bonum indicat, facienti par est [8]. — Promissio credentis

---

1) De hoc dicto conf. Freyt. l. c. T. I. p. 2.

2) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 519.

3) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 762.

4) Hoc dictum Mohammedis etiam a Meidânio notatum est in extremâ parte libri sui (الباب الثلثون فى نبذ من كلام النبى صلى الله عليه وسلم وخلفائه الراشدين وغيرهم رضى الله عنهم), MS. Leid. 332 p. 496 vs. 22 seq. Ibi tamen, parum diverso sensu, sic scriptum est: المومن للمومن كالبنيان يشدّ بعضه بعضا.

5) Vocales, quas verbo يصلح adscripsi, in ipso Cod. offeruntur. Sensus, qui sic oritur, bene se habet; nec certe dubitari potest, quin 4ª forma اصلح inprimis etiam de *parando* cibo usitetur (vid. ex. gr. Kosegartenii *Chrest. Ar.* p. 26 vs. 3 a f., et فتوح مصر p. 135 vs. 4). Nescio tamen, an aliquanto melius sit, pro يُصْلَحُ simpliciter in 1ª formâ يَصْلَحُ sive يَصْلُحُ pronuntiare, et verba sic vertere: *cibus absque hoc non bonus est.*

6) [Verba, quae in Cod. Par. his subjuncta sunt, tum bonum sensum praebent, si, expunctâ و quae cum verbo نفع conjuncta est, legeris: أينما وقع نفع, *ubicunque cadit, utilitatem affert.* Vides tamen, ea ad complendam sententiam nequaquam necessaria esse. W.]

7) Secunda forma ولّى, cum accus. et على constructa, etiam offenditur in فتوح مصر p. 122 vs. 7. Dubito tamen, an pro يُوَلَّى, quod noster Codex offert, non potius in 1ª formâ يُولَى legendum sit: *et ut estis, ita regimini.* Sic utroque sententiae membro idem significaretur: nempe, subditorum agendi rationem maximam vim habere in praefectorum indolem et mores.

8) Conf. Freyt. *Arab. Prov.* T. I. p. 480. Ad quem locum Meidânius in Comment. (MS. p. 154 vs. 11) etiam annotavit, hoc dictum in Traditione Mohammedi tribui.

aeque certa est, ac si manu accipias [1]. — Cordibus rubigo est, qualis rubigo ferri; quae abstergetur ab iis rogandâ delictorum veniâ [2]. — Et postquam scripserat tabellas induciarum inter se et Sohail*um* ibn-Ámr, dixit: Pactum, nos inter *et vos* compositum, simile est laqueolo quo saccus clauditur [3]. Significat hoc: si pars ejus solvatur, solvi totum.

Sectio,

exhibens ejusdem metaphoras.

Credens est uxor fratris sui. — Paradisus viri sua est domus [4]. — Sepelire filias est actio generosi [5]. — *E* thesauris, quos recondit sibi pietas, est hoc ut (alios) celet aerumnas [6]. — Medemini aegrotis vestris eleëmosynâ, et firmate opes vestras demendâ inde parte Deo concessâ. — Eleëmosyna secreta exstinguit iram Domini. — Res licita [7] abscidit [8] nasum zelotypiae. — Amicitia et inimicitia sui invicem haeredes sunt [9]. — Docti sunt haeredes Prophetarum. — Mentis ad virtutem conversio diruit peccatum. — Exsecratus ille est, qui destruit id quod Deus aedificavit. Vult: is qui occidit animam. — Morbus est carcer Dei in terrâ [10]. — Mundus est carcer credentis et paradisus increduli. — Ve-

---

1) Idem dictum infra occurrit, p. ١٣٤ vs. 13, ubi 'Obaido'*l*lâho ibn-Solaimân tribuitur.

2) Apud Meidâni*um*, in sectione 30ª operis (MS. p. 487 vs. 4 seq.), idem dictum sic proponitur: ان هذه القلوبَ تصدَأُ كما يصدَأُ الحديدُ قيل فما جلاؤُها قال ذِكْرُ الموتِ وتلاوةُ القرانِ:
Haec corda (nostra) rubiginem contrahunt, qualem contrahit ferrum. Quum rogaretur: Et quomodo haec abstergetur ab iis? respondit: Recordatione mortis et lectione 'al-Qorâni.

3) Vis hujus dicti in eo sita est, quod saccus claudi solebat ope laqueoli, cui globulus inserebatur. Firmus igitur manebat laqueolus, quamdiu totus globulo suberat; sed postquam vel minima pars ejus supra hunc elevata erat, totus vel suâ sponte solvebatur.

4) [Dictum, quod in Cod. Par. hoc loco additum est, ita ut nunc se habet, explicari non posse videtur. Credo, pro الفر legendum esse الفَرّ, ut sensus sit: *Bonus compar est (hostis) fugiens.* W.]

5) Conf. Freyt. l. c. T. I. p. 229, in annot. ad n. 61.

6) Secundum Cod. Par. hoc dixit: *E t. q. r. s. p. e. h. ut celet (alios) eleëmosynam et morbum et aerumnam.*

7) Id est: *matrimonium.* De hoc dicto conf. Freyt. l. c. T. I. p. 288.

8) Verbum جذع, quod et in nostro et in Par. Cod. hic offertur, pro جدع, *amputavit*, usurpari, de quâ re dubitat Freyt. in Lex., jam docuit H. A. Schultens*ius* in Indice ad *Lib. Colailah wa Dimnah.*

9) Id est: *sibi invicem haud raro succedunt.* Significatio illa, *sui invicem haeredes esse*, quae ex naturâ 6ªᵉ formae necessario sequitur, a Freyt. non notata est.

10) Secundum Cod. Par. dixit: *Febris id praestat morti, quod tribui suae is qui locum exquirit habitationi idoneum, et carcer est D. i. t.*

nerabundi colite terram quo bene vobis sit [1]: illa enim piae instar matris vobis benefica est. — Quoties quis ridet, toties mentis suae partem exspuit. — Timete preces illius qui P. ٨
injuriâ affectus est, nam facili itinere (ad Deum) pervadunt [2]. — Hiems est ver credentis: si brevis est dies ejus, at in jejunio eum transigit; ac si longa est nox ejus, at stando (in precibus) eam conficit. — Aurem praebere injuriam passo est eleëmosyna. — Sapientia est camelus amissa credentis [3]. — Timete physiognomiam credentis, nam cernit ad lumen Dei. — Saepe memor esto ejus qui diruit voluptates. Vult: mortis. — Vinum clavis est omnis mali [4].

SECTIO,

exhibens antitheta quae ejusdem feruntur.

Circumdatus est rebus ingratis Paradisus, Ignis vero voluptatibus. — Homines dormiunt, et quando moriuntur, expergefiunt [5]. — Sufficit incolumitas pro morbo [6]. — Deus

1) [Hic sensus 5ae formae تمسّح, qui in al-Qāmūso his verbis indicatur: وهو يتمسّح به اى يتبرّك به لفضله, optime illustratur adhibito Abū'lfedāe loco in *Ann. Mosl.* T. I. p. 244, ubi verba فاقبل الناس يتمسّحون بأذيال العبّاس significant: *et coeperunt homines venerabundi contrectare lacinias vestium al-Abbāsi et benedictionis captandae gratiâ frontem suam iis defricare.* Proprie enim تمسّح به nihil aliud significat, quam *abstersit se eâ re.* W.]

2) Hoc Mohammedis dictum etiam a Meidānio commemoratum est in ultimo capite operis (MS. p. 486 vs. 2 a f.); sed hoc discrimine, quod posterior ejus pars sic ibi offertur: فانّها تُحْمَلُ على الغمام, *nam vehuntur nubibus.* Utriusque enuntiationis sensus est, talis hominis preces celeriter ad Deum pervenire et ab Illo facile exaudiri. [De propriâ vi dictionis لَيِّنُ الحِجاب conf. annot. mea ad Cl. Rutgersii *Hist. Jemanae* p. 155 vs. 6. Ut ibi autem, et in p. 184 vs. 12, eum significat *qui alii facilem ad se aditum praebet*, ita hoc loco *eum, cui ipsi facilis ad alium est aditus.* W.]

3) Hoc dictum etiam offenditur et Mohammedi tribuitur in فتوح مصر p. 101 vs. 6 a f., ad quem locum conf. annot. Hamakeri in p. 149. Vide etiam Freyt. *Arab. Prov.* T. I. p. 385, ubi vera vis illius optime expressa; ipsum vero Alio tributum est.

4) Simile dictum infra occurrit p. ٤٣ vs. 3 a f. seq.

5) Similis sententia reperitur, tum in *Carminibus Ali Ben Abi Taleb*, ex edit. Kuypersii p. 192 vs. 5, فالعَيْشُ نَوْمٌ والمَنِيَّةُ يَقْظَةٌ (qui versus est metri الكامل), tum infra p. ٤٣ vs. 14.

6) Commemoratur hoc Mohammedis dictum etiam a Meidānio in 30a operis sectione (MS. p. 487 vs. 8). Sensus illius hic esse videtur: *nulla incolumitas tam pura est, ut non aliquâ ex parte sat gravem in modum laboret.*

odio habet eum, qui avarus in vitâ suâ, tempore mortis liberalis est. — Immotum hoc sedet in cordibus, ut ament eum qui ipsis benefaciat, et odio habeant eum qui ipsos male habeat [1]. — Cavete ab eo a quo bonum sperari nequeat, et a cujus malo alii non tuti sint. — Oculos convertite in eum qui vobis inferior, ne convertite in eum, qui vobis superior sit. — Vos multum existimatis (hostem), ubi timore perculsi estis; et paucum existimatis, ubi cupiditate ardetis.

SECTIO,

exhibens concisa, quae ejusdem feruntur, dicta, in quibus paronomasia conspicitur.

Injustitia est densa caligo die resurrectionis [2]. — Homo duplex apud Deum spectabilis esse non potest. — Moslimus est is, a cujus linguâ et manu homines incolumes sunt [3]. — Credens est is, a quo homines pro se et bonis suis tuti sunt. — Nulla fides (religiosa) ei est, qui caret fidelitate.

SECTIO,

exhibens reliquas ejusdem sententias et pulcherrima ex praeceptis sapientiae [4], quae continentur concisis dictis ejus, super quibus lumen prophetiae conspicitur, et ex quibus tum in vitam communem, tum in vitam religiosam, multiplex emolumentum redundat.

Raro visita: sic crescet amor tui [5]. — Bellum est deceptor [6]. — Non declinat a justo

1) Etiam hoc dictum a Meidânio l. c. traditum est (MS. p. 486 vs. 6 a f. seq.).

2) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 61.

3) Commemoratur hoc Mohammedis dictum etiam a Meidânio, l. l. (MS. p. 486 vs. 10 seq.), ubi pro النّاس, ut in Cod. Par., offertur المسلمون.

4) Vox حِكْمَة proprie quidem ipsam *sapientiam* significat; uti vero in singulari numero saepissime sic usurpatur, ut concreto sensu *rem* exprimat, *cujus ope sapientia cum aliis communicetur* (id est, *institutionem*, sive *ore traditam*, sive *scripto consignatam*: vide ʿal-Qor. III. 75, XVI. 126, LXII. 2; et فتوح مصر p. 137 vs. 11, ubi universum *ʿal-Qorʾânum* significat): ita consequens est, ut plurali quoque formae حِكَم ea quam expressi vis subeit. Conf. libri كليلة ودمنة p. ٣٩ vs. 5, et Freytag. *Chrest. Ar.* p. ٣٩ vs. 8.

5) Conf. Freyt. *Arab. Prov.* T. I. p. 587 seq.

6) Conf. Freyt. l. c. T. I. p. 349 seq., ac فتوح مصر p. 11 vs. 16 seq. et Hamakeri ad eum locum annot. in p. 28.

qui rectum modum tenet [1]. — Credentes non deflectunt a conditionibus in se receptis. — Manus Dei est cum agmine [2]. — Munus est bonum commune [3]. — Vobis invicem munera P. 1
offerte: sic vos invicem amabitis. — Corda sibi invicem testantur [4]. — Malum, quod posses, non inferre eleëmosyna est. — Pudor ramus est fidei [5]. — Incipe ab eo quem alis. — Eligite (optima vasa) guttis vestris [6]. — Cavete a locis exsecrationis [7]. — Optimae res sunt

---

1) [Dictum, quod in Cod. Par. hic additum est, sic vertendum videtur: *Meus est locus in quo cubuerunt cameli eorum qui ante fuerunt.* Quo significari puto, proavorum jura necessario ad nepotes transire. Eodem sensu, quo hic مِنّى dicitur, occurrit منك apud Freyt. l. l. T. II. p. 659 n. 260 et 261, ac p. 706 n. 397. W.]

2) [Verba, quae hic in Cod. Par. interposita sunt, significant: *Nullum est tributum, nisi cum tuendi necessitate conjunctum;* id est: *qui tributa pendunt, protegendi tuendique sunt.* W.]

3) Hoc dictum Moḥammedis saepe citari solebat ab Ibn-ʿAbbâso, ut narrat Ṭaʿâlibius in لطائف الصحابة (MS. p. 9 vs. 2 sqq.; ed. Cool. n. ٥); ibi tamen in plur. legitur: الهدايا مشتركة. Participium illud sine dubio non in *activâ* formâ (ut Coolius fecit), sed in *passivâ* efferendum est, ut significet *communise* quo sensu etiam occurrit in libro كليلة ودمنة, p. ٨٢ vs. 2.

4) [Nempe, *de mutuâ affectione* (conf. locus e libro كليلة ودمنة, p. ١٣٠ vs. 3 a f. seqq.). Sexta forma تشاهد, quae a Freyt. non notata est, in Castelli tamen Lex. jam reciproco illo sensu offenditur. Eadem occurrit in Abû'lf. *Ann. Mosl.* I. p. 148 vs. 4; sed ibi id significat, quod vulgo 5ª formâ exprimitur (*professus est formulam fidei*), nempe substitutâ ob litteram gutturalem pro syllabâ compositâ syllabâ simplice longâ. W.]

5) Idem Moḥammedis dictum, sed brevius sic expressum: الحياء من الايمان, apud Freyt. l. c. T. I. p. 379 commemoratum est.

6) Id est: *Eligite semini vestro genitali optimas mulieres.*

7) [In textu per errorem المُلاعِن pro المَلاعِن scriptum est. مَلاعِنُ est plurale, ductum a مَلْعَنَةٌ, quod, quoniam in al-Qâmûso sic explicatur: والمَلاعِنُ مواضع التَّبَرُّز, etiam in Freytagii Lex. minus accurate voce *latrina* explicatum est. Ǧauharius haec de eodem offert: والمَلْعَنَةُ قارِعَةُ الطريق ومَنْزِل الناس وفى الحديث اتّقوا المَلاعِنَ يعنى عند الحَدَث: *Vox* ملعنة *significat* compitum (conf. فتوح مصر p. 112 vs. 3 a f.) *et* mansionem hominum. *In Traditione hoc dictum fertur:* Cavete a compitis et hominum mansionibus; *nempe*, quando alvus exoneranda est. — Et cum his conferenda sunt inprimis, quae Nawawius in posteriori parte operis تهذيب الاسماء, in v. لعن, de ejusdem dicti sensu retulit (MS. 357 p. 451): وقوله صلى الله عليه وسلم اتّقوا المَلاعِنَ الثَّلٰثَ البِرَازَ فى المَوَارِدِ والظِّلِّ وقارعةِ الطريقِ سُمِّيَتْ مَلاعِنَ لأنَّ الناسَ يَلْعَنون فاعِلَ ذلك فهى

mediae [1]. — Cave tibi ab eâ re, de quâ quis se excusare debeat [2]. — Si dives moram concedit [3] ad debitum solvendum (non totum remittit), injuriae reus est. — Qui nos decipit, non est e nostris. — Nox est securitas. — Qui incipit, injuriosus est [4]. — Narra de mari, nec erit angustia [5]. — Unusquisque (a Deo) prosper redditur ad id, cui destinatus est. — Notorum circuli sunt pro ratione fidelitatis [6]. — Generositas in pactis est pars fidei religiosae. — Solitudo melior est quam socius malus [7]. — Felix est is, qui alius exemplo admonetur [8]. — Benedictio est in mane surgendo. — Recreate propinquos

---

مواضعَ لَعْنٍ والله اعلم: *Item haec Prophetae verba:* Cavete a tribus locis exsecrationis; *id est*, ab alvo exonerandâ in locis aquationis et in umbrâ et in compito. *Haec tria* مَلَاعِنُ *vocata sunt, quoniam homines exsecrantur illum qui id facit, et haec ergo* loca exsecrationis *sunt. Deus vero rem melius novit.* Vides, de universâ quidem verborum sententiâ inter se consentire Arabes, sed in definiendâ potestate vocis ملاعن a se invicem paulalum discrepare. Nawawii explicatio mihi sequenda visa est. W.]

1) Conf. Freyt. l. c. T. I. p. 440.

2) Idem dictum reperitur apud Freyt. l. c. T. I. p. 66. Conf. etiam infra p. ١٣ vs. 13.

3) Nomen actionis مَطْل a Freyt. non notatum est. Offertur in Cast. Lexico, et tam in al-Qāmūso quam a Ǵauhario commemoratur. Hujus sequentia verba sunt: ومنه اشتقاق المَطْل بالدَّيْن وهو اللَّيَان يقال مطَله وماطَله بحقه.

4) I. e. *Qui prior hostilia facit, injuriae culpandus est.* Conf. dictum ejusdem sensûs, quod offenditur in Comm. ad al-Hamāsam, ed. Freyt. p. 10 vs. 4 a f., البادئُ اظلمُ.

5) Idem dictum offenditur apud Meidān. (MS. p. 121 vs. 13 seq.; conf. Freyt. *Ar. Prov.* T. I p. 370); at hoc discrimine, quod ibi pro البحر legatur مَعْن. Quod quum viri nomen sit liberalitate praeclari (مَعْن بن زائدة بن عبد الله الشَّيْبانى), mare autem solennis imago sit liberalitatis et generositatis, haud dubito quin utriusque enuntiationis sensus plane idem sit; nempe hic: *Narra de liberali homine: consequens erit ut audientium animos ita ad hoc exemplum imitandum adducas, ut angustia, quâ miseri premantur, finem habeat.* Contra certissimam grammaticae legem Freytagius, l. l., pro ولا حَرَجَ edidit ولا حَرِّجْ, ac vertit: *et ne in angustiam redige.* Quod si Mohammedes exprimere voluisset, dixisset ولا تُحَرِّجْ.

6) I. e. *Quo quis magis perspectae fidelitatis est, eo plures habet familiares et amicos.*

7) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 812 (ubi contra linguae usum pro السُّوء scriptum est السَّوء).

8) Conf. Freyt. l. c. T. I p. 628.

vestros, si vel (solâ) salute dicendâ [1]. — Jusjurandum est aut perjurium, aut poenitentiae causa [2]. — Poenitentia est resipiscentia [3]. — Mors est requies. — Credens non esse potest obtrectator aut exsecrator [4]. — Depone id quod inquietum te reddit, ad id quod non inquietum te reddit [5]. — Qui auget turbam populi [6], is ei annumerandus est. — Adjuva fratrem tuum, sive inique agat sive injuriam patiatur [7]. — (Patienter) exspectare levamen (a Deo), est cultus (Illi tributus). — Vir religionem amici sui sequitur. — Parum abest quin paupertas sit incredulitas. — Qui consilium petit, juvatur. — Nihil boni est in eo, qui neminem sibi familiarem habet, neque ullius familiaris est. — Optima possessio est oculus vigilans oculo dormienti [8]. — Ei, a quo consilium petitur, fides habenda est [9]. — Excipite homines ita, ut pro cujusque gradu deceat [10]. — Quando venit ad vos vir honoratus e gente quàquam, honorem ei praestate. — Nihil boni est in corpore quod non doluit, et in opibus quae non mundantur segregandâ ab iis parte religionî debitâ. — Manus superior melior est quam manus inferior [11]. — Qui moritur peregrinans, moritur martyr [12]. — Et aliquando, de equabus loquens, dixit: Dorsa earum sunt *amuletum*, et ventres earum thesaurus reconditus. — Et alio tempore, de ovibus loquens, dixit: Earum pinguedo est victus, et lana earum vestis pretiosa.

---

1) Hoc dictum citavit Freyt. in Lex., in v. جهل

2) Conf. Freyt. *Ar. Prov.* T. II. p. 923.

3) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 765.

4) Forma لَعَّان Lexico Freyt. addatur.

5) Hujus dicti pars prior (دع ما يريبك) etiam a Meidânio in ultimâ sectione operis commemoratur (MS. p. 486 vs. 5 a f.). Ut hoc loco offertur, sensus ejus est: *si qua res tibi timorem injicit, compensa et minue timorem illum cogitando de aliis rebus, quae tranquillum esse te sinant.*

6) Ut ex. c. capti in bello.

7) Conf. Freyt. *Ar. Prov.* T. II. p. 750 seqq.

8) Conf. Freyt. l. c. T. I. p. 442.

9) Meidânius in praef. (MS. p. 5 vs. 6), rationem operis sui exponens, hoc proverbium citat, dicitque se de eo acturum esse in literâ *Mim*; sed in ipso opere illud non inveni.

10) Propria verborum vis est: *Diversari facite homines in suo quemque hospitio.*

11) Conf. Freyt. l. c. T. II. p. 907.

12) Quod notum est quanti a Moslimis fiat. Quam late autem haec *martyris* appellatio apud eos pateat, vide in (*Wiener*) *Jahrb. der Liter.* Vol. 40 p. 55, et conf. annot. ad Cl. Rutgersii *Hist. Jem.* p. 157 seq., item *Oriental.* I. p. 193 et 255, ac Kosegartenii *Chrest. Ar.* p. 50 vs. 3 seq. et p. 64 vs. 5 a f.

CAPUT III.

exhibens dicta, quae feruntur, Califarum rectâ viâ incedentium, et Sociorum, et virorum qui hos secuti sunt; quos Deus gratos habeat.

Abû-Becr Verax, quem Deus gratum habeat. Beneficia servant a succumbendo malo [1]. — Mors levior est quam id quod eam sequitur, et pejor quam id quod eam antecedit [2]. — Et quum audivisset, Persas reginam sibi praefecisse filiam Aparwizi, dixit: Vilis est populus, qui rem suam ad mulierem deferunt [3].

'Omar ibno-'l-Cattâb, quem Deus gratum habeat. Qui celat secretum suum, eligendi copiam in manu habet [4]. — Cavete ab illo, quem corda vestra odio habeant [5]. — Intelligentissimus hominum is est, qui facillime homines excusat [6]. — Ne differas opus dici praesentis in diem crastinum [7]. — Miserrimus praefectorum is est, per quem miseri sunt subditi ipsius [8]. — Perterrete reptilia noxia, antequam perterreant vos [9]. — Nihil volunt
P. nummi, quam ut colla sua (e crumenis) educant. — Raro fit, ut res quae retrogressa est,

---

1) مَصَارِعُ الشَّرِّ pp. significat *prostrationes mali:* evidens enim est, formae مَصْرَع hic non concretam vim *loci* aut *temporis prosternendi*, sed abstractam infinitivi tribuendam esse: quo sensu etiam offenditur in libro كليلة ودمنة, p. ١٣١ vs. 7. — Idem vero dictum etiam a Meidânio traditur in ultimâ operis sectione (MS. p. 486 vs. 13 a f.), at ipsi Mohammedi tribuitur.

2) Hoc Abû-Becri effatum Meidânius quoque commemorat l. l. (MS. p. 487 vs. 13), sed sic (in nostro certe exemplo) enuntiatum: الموت اهون ما بعده واشد ما قبله.

3) Idem dictum eidem tribuitur a Meid. l. l. (MS. p. 487 vs. 14). Conf. vero etiam effatum, quod ibidem (MS. p. 486 vs. 1 a f. seq.) Mohammedi adscribitur: لا تفلح (l. يُفْلِحُ) قومٌ تَمْلِكُهم امرأة: *prosper esse non potest populus quem regit mulier.*

4) Sensus esse videtur: *huic liberum erit deinde, ita agere, ut pro rerum statu placebit* (conf. infra p. ٢٠ vs. 2 seq.). Idem vero dictum eidem tribuitur a Meid. l. l. (MS. p. 488 vs. 6 seq.).

5) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 7).

6) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 7 seq.).

7) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 8), ac pro اليوم لغد ibi, ut in Par. Cod., يومك لغدك offertur.

8) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 7).

9) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 8 seq.), ubi tamen (in nostro Cod.) vox قبل per errorem omissa est.

deinde progrediatur [1]. — Qui malum non novit, incidit in illud [2]. — Generositas [3] externa sita est in vestibus mundis.

'Otmân ibn-'Affân, quem Deus gratum habeat. Deus plus mali coercet per Principem, quam per 'al-Qorânum [4]. — Sufficit tibi a parte invidi (haec poena), quod doleat quo tempore tu laeteris [5]. — Si mercaturam exercetis [6] eleëmosynâ, lucrum facietis.

'Ali ibn-abi-Tâlib, quem Deus gratum habeat. Pretium cujusque viri est id quod perîte facit [7]. — Homines per metum vilitatis viles sunt [8]. — Homines odio habent id quod non noverunt [9]. — Consilium senis melius est quam dimicatio [10] juvenis. — Benefac cui

1) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 11).

2) Idem dictum eidem tribuitur l. l. (vs. 10 seq.), hac diversitate, quod ibi pro وَقَعَ فيه legatur: كان أَجْدَرَ أَنْ يَقَعَ فيه, *magis quam alii is est qui in illud incidat.*

3) [Vox مُرُوَّةٌ saepe difficillima interpretatu est. Infinitivus est verbi مَرُوَ, et universe eam viri qualitatem exprimit, ut *omnibus in rebus generosum, nunquam vilem et sordidum, se praebeat.* Unde, pro locorum diversitate, nunc *animi magnitudinem*, nunc *fortitudinem*, nunc *liberalitatem*, nunc *urbanitatem*, nunc *studium decori*, significat. Nos plerisque in locis voce *ridderlijkheid* eam reddere possumus. Conf. inter se libri كليله ودمنه p. ٩ vs. 6, p. ٨٣ vs. 3, p. ٨٨ vs. 5, p. ١٥٤ vs. 8; p. ٢٠٥ vs. 10 seq., p. ٢٢٣ vs. 3 a f., p. ٢٢٧ vs. 5; Tibriz. ad 'al-Hamâs. p. ٤٩ vs. 3 a f.; Sacyi *Chrest. Ar.* T. I. p. ١٣٤ vs. 9; Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ٤٩ vs. 6 a f.; Kosegart. *Chrest. Ar.* p. 2 vs. 1; et infra p. ١٢ v. 11, p. ١٨ vs. 15, p. ١٤ vs. 16 et p. ٢٨ vs. 19. W.]

4) Idem dictum eidem tribuitur a Meid., l. l. (MS. p. 489 vs. 3 seq.).

5) Idem dictum 'Abdo'llâho 'ibno-'l-Mo'tazz adscribitur apud Abû'lf. *Ann. Mosl.* T. II. p. 302 (ubi male editum est يشفيك et يغتم); sed 'Otmâni etiam tribuitur a Meid., l. l. (vs. 5).

6) 3a forma تاجر in Freyt. Lex. non notata est. Occurrit etiam in libro الف ليلة وليلة, ed. Habichti T. I. p. ٥٨ vs. 4 a f.

7) Idem dictum eidem tribuitur a Meid., l. l. (MS. p. 490 vs. 8 seq.); et in *Carmin. Ali Ben Abi Taleb*, ed. Kuyp. p. 12, hic versus offertur (metri البسيط): وقيمةُ المَرْءِ ما قد كان يُحْسِنُهُ. Kuyp. male edidit يَحْسُنُهُ, et vertit: *quod ipsum bonum reddit.* Sensus sine dubio hic est: *Pretium cujusque viri ex eo aestimandum est, quod in suâ arte valeat;* sive, ut in versu illo est, *valuerit.* Sic ex. c. in libro كليله ودمنه, p. ٢٧٩ vs. 1 a f. seq., legitur: انا لَسْتُ أُحْسِنُ عَمَلًا, *ego nullum opus calleo.*

8) Vocem ذُلّ hic prius de *humili conditione externâ*, tum de *animi humilitate* usurpavit.

9) Idem dictum eidem tribuitur a Meid., l. l. (MS. p. 490 vs. 9).

10) [Eadem vis formae مَشْهَدٌ subest in 'al-Hamâs. p. ٨٨ vs. 5 a f., ubi Tibriz. in Comm. suo, vs. 2 a f., eam infinitivo حُضُور, *praesentem esse*, *interesse* (nempa *aciei*, *pugnae*), explicuit. Et pluralis

velis: eris princeps ejus; cura ut carere possis quo velis: eris par ejus; indige auxilio cujus velis: eris captivus ejus. — Spem tuam ne colloces nisi in Domino tuo, neque timeas nisi culpam tuam. — Cui firmiter persuasum est de compensatione (divinâ), liberalis est in donando. — Breves fac vestes tuas: sic enim magis piae et mundae et durabiles sunt [1]. — Capti servatique in bello (occisis) auctiores numero et numerosiores sobole sunt [2]. — Optimum bonorum tuorum est id quod tibi sufficit, et optimus amicorum tuorum est is qui solatium tibi affert.

Dicta aliquorum e numero eorum [Sociorum] et virorum qui eos secuti sunt; quos omnes Deus gratos habeat.

'Ibn-Abbās, quem simul et patrem Deus gratos habeat. Cupiditas est deus qui colitur. — Indulgentia a parte Dei eleëmosyna est: ne igitur eleëmosynam Illius rejiciatis [3]. — Cuique intranti est stupor quidam [4]: quare ipsi eum priores salutate [5].

---

quoque forma مُشَاهِدُ usitatur eodem sensu, ut apud Abū'lf. *Ann. Mosl.* I. p. 340 (de Alio): مَشَاهِدُهُ المشهورة بين يدى رسول الله, *dimicationes ejus gloriosae coram Moḥammede*; et IV. p. 92 (de socio bellorum Çalāḥo'ddīni): وشَهِدَ معه مَشَاهِدَه وفُتُوحاته, *et cum illo interfuit dimicationibus ejus et expugnationibus.* W.]

1) In libro لطائف الصحابة hoc dictum sic retulit Ṯaālibius (MS. p. 7 vs. 10 seqq.): ويُروى عن علىّ رضى الله عنه انّه نظر الى رجلٍ يَجُرُّ ذَيْلَه فى الارض لطُولِ ثيابه فقال يا هذا قصّرْ منها فانّه اتقى وانقى وابقى.

2) I. e. *Quos in bello servatis et vestrae turbae adjungitis, horum et ipsorum mox numerus erit non contemnendus, et soboles quam procreant magnae vobis erit virium accessioni.*

3) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 9 vs. 1; conf. Cool. p. ٣ n. ٤), ubi post تردّوا additum est عليه. Quo autem verborum vis bene intelligatur, tenendum est, رُخْصَة, in rebus quae ad religionem pertinent, eam *indulgentiam* dici, quâ cui, in certo rerum statu versanti, id liberum sit, quod caeteris illicitum (conf. Cool. l. l. p. ٢. n. ١٤). Jam dicit 'Ibn-Abbās, eum, qui ob nimiam in religione severitatem, istiusmodi indulgentiâ uti nolit, eleëmosynam a Deo sibi oblatam rejicere.

4) Forma دَهْشَة hoc sensu etiam offenditur in *Vitâ Tīmūri*, ed. Mang. II. p. 104 vs. 6.

5) Alia exempla hujus constructionis 1ae formae verbi بدأ vide in al-Ḥamās. p. ٩٠ vs. 11, et in libro كليله ودمنه p. ١٩٥ vs. 3 (quicum conf. etiam p. ١٣٠ vs. 5 a f.); et 8a forma ابتدأ, eodem modo constructa, in posteriori libro occurrit, p. ١٦ vs. 8 et p. ١٨٨ vs. 1 a f. seq.

Al-Hasan ·ibn-ʽAlî, quem utrumque Deus gratum habeat. Optima possessio id est, quo quis honorem suum est tuitus.

Ibn-Masʽûd, quem Deus gratum habeat. Scientiae genera plura sunt quam ut numero comprehendantur: itaque de omni re sumite illud, quod pulcherrimum (at peritissime fabricatum) est.

Abû-Ḍarr ·al-Ġifârî, quem Deus gratum habeat. Fuerunt homines fructus spinâ carentes, sed facti sunt spinae carentes fructibus.

Moʽâd ·ibn-Ǵabal, quem Deus gratum habeat. In aere alieno esse destruit (hominum) religionem.

Mohammed ·ibno-'l-Hanefîja, quem Deus gratum habeat. Qui semet ipse in pretio habet, is parvi pendit mundum [1].

Al-Hasan ·al-Baçrî. Non debet vos pudere diuturnitatis illius, quod vos non in vitâ servatis, (sed Deus) [2]. — Vir, cui inter ipsum et Âdamum nullus pater vivus est, sane is radicatus est in morte [3]. — Vos tardam judicatis pluviam, at ego tardum judico *defectum ejus* [4].

Aš-Šaʽbî. Egregius narrator est foliorum fasciculus [5]. — Scutica ʽOmaris [6] majorem reverentiam injiciebat [7] quam gladius ·al-Ḥaggâgi.

---

1) Idem dictum ʽAlio ·ibn-abî-Tâlib tribuitur a Meid., l. l. (MS. p. 489 vs. 12), ubi tamen pro الدنيا legitur شهوته.

2) Ad eos dictum videtur, quos offenderet vita diutina improborum et noxiorum hominum.

3) Uti vir, cujus et pater et mater servi erant, Arabice dicebatur عَرِيقٌ فى العُبُودِيَّة, *radicatus in servitute*, ita hic ·al-Hasan ille, eam dictionem spectans, *Sane*, inquit, *radicatus in morte est*, *cujus generis auctores omnes, a patre usque ad Âdamum, mortui sunt.* Conf. infra ad p. ٣٢ vs. 15.

4) [Non dubito, quin lectio, in Cod. Par. oblata, recte se habeat, et جَحْر sit infinitivus verbi جَحَرَ, quod inter alia significat: *pluviâ suâ non bearit* ver. Hic igitur illius dicti sensus est: *Vobis sero venire beneficium pluviae videtur; at ego sero venisse hanc siccitatis poenam judico.* W.]

5) Vox دَفْتَرٌ (quae etiam occurrit apud Cool. l. l. p. ٩ n. ٣٨) idem significat quod كُرَّاسَةٌ, *fasciculus decem foliorum* (*quaterne*): quales fasciculi, in unum conjuncti, volumen constituunt. Vult, credo, hoc: *Narratoris vicem egregie explet liber qui legitur.*

6) Conf. Abû'lf. *Ann. Mosl.* I. p. 252, et praesertim locus ab Hamakero descriptus in annot. ad فتوح مصر, p. 124, ubi idem hoc dictum offertur.

7) أَهْيَبُ, quod ex ordinariâ vi hujus formae significaret: *magis* quam alii *reverens*, hic necessario aut transitivam aut passivam notionem exprimit. Cujus usûs ut non pauca alia exempla sunt (conf. Ewaldi *Gr. Ar.* I. p. 388 § 252), ita unum huic simillimum se offert in libro كليلة ودمنة, p. ١٣٦

P. ۱۱

CAPUT IV.

exhibens dicta Regum qui ante Islâm*um* vixerunt.

Afrîdûn. Dies sunt folia vitarum vestrarum: quare perennia haec reddite per pulchritudinem actionum vestrarum [1]. — Et scripsit ad duos filius suos, Salm*um* et Tûr*um*: Qui pius est erga parentes suos, pia erga eum erit proles sua. — Et dicebat: Qui benefacit adjuvatur, et qui malefacit desulatum se sentit, et qui cupidines venatur [2] lassus est.

Minugihr. Mundus res est simillima umbrae nubium et visioni in somniu ublatae. — Et dicebat: Rex subditis idem est quod animus corpori et caput truncu; atque exercitus eodem *illi* loco sunt, quò alae avibus et ungulae equis. — Et e dictis ejus hoc est: Clementia Regis magis (quam alia omnia) regnum superstes conservat.

Pašanc, Turca, qui erat e sobule Tûri, filii Afrîdûni. Quum mortuus esset Minugihr, excitavit filios suos, quorum natu maximus erat Afrâsijâb, ut Abrân-šahr*um* [3] in potestatem suam redigerent; dixitque iis: Ad res optatas pervenitur adeundo pericula; et occasiones praetereunt ut praetereunt nubes; et dumi sedere indoli mulierum convenit; au rebus suis contentum esse e naturâ brutorum est.

---

vs. 4 a f. (أَخْوَفُ الأَحْقَادِ, *malevolentia quae maxime omnium metum injicit*, sive *metuenda est*). Vide etiam infra, p. ۴۱ vs. 8 et p. ۱۳ vs. 3 a f.

1) Idem hoc dictum, sed a diversis scriptoribus diversâ ratione traditum, citavit Herbelot. in v. *Feridoun.* [Lectio Codicis nostri فخلّدوها, mihi post collatum Parisiensem, in quo idem verbum exstat, retinenda videtur; at etiam nunc tamen non dubito, quin locus aliquà ex parte mendosus sit. Verbum خلّد enim quomodo sic, ut hic factum sit, cum duobus accusativis construi possit, non video: et conjeci igitur, pro احسن legendum esse بِحُسْنِ, ut sensus sit: *facite ut folia illa perennia sint per pulchritudinem actionum quas iis inscribatis.* W.]

2) الحريص, sic absolute positum, etiam occurrit in libro كليله ودمنه, p. ۲۰۳ vs. 2.

3) [Lexicon Geogr. haec de illo nomine offert: أبرشهر بالفتح ثم السكون وفتح الراء والشين المعجمة معا وسكون الهاء والراء ورواه السكرى بسين مهملة قيل هى نيسابور. Herbelotus scripsit *Aberscheher* sive *Aber Scheher* (vid. in ipsâ hac voce et in v. *Nischabour*), retulitque nomen *antiquum* esse hujus ipsius urbis, quod significaret *urbem altam.* Idem tradidit Richardsonus in Lex. Pers., in v. ابرشهر, qui pronuntiandum indicavit *Abr-schahr.* Videtur nomen compositum esse ex Pers. أَبْر, *nubes*, et شَهْر, *urbs*, ita ut proprie significet: *urbs quae nubes tangit*, atque porro vox أَبْر tam in sing. quam in plur. numero poni potuerit, nulloque discrimine aut أَبْرَشَهْر sive أَبْرْشَهْر, aut أَبْرَانْ شَهْر (ut hoc loco scriptum est), dici. W.]

Afrāsijāb. Similis est Turca margaritis et musco, quorum nobilitas non elucet, quamdiu fodinam suam et locum proprium non reliquerunt. — Et dicebat: Qui liberalis est, dominus est (inter suos); et qui dominus est, gubernat; et qui gubernat, voti fit compos. — Et dixit fratri suo, Carsīwazo: Vir strenuus, mi frater! amatus est vel apud hostem suum, et ignavus odio habetur vel a matre suâ.

Zau ibn-Tahmāsp. Florens status (regionis) est vitae, vastitas vero morti similis; et aedificatio [1] uniuscujusque Regis est pro ratione animi ejus; et intelligentissimus Regum is inter eos est, qui maxime perspicit exitus rerum.

Keicāwos. Postquam liberatus erat e captivitate Dū-'l-adāri, Regis al-Jemanis, et venerat ad centrum potentiae sedemque imperii sui, dixit: Omnium rerum pulcherrima P. ١٣
et suavissima est incolumitas; ac si non esset (in mundo) amaritudo calamitatis, haud exstaret dulcedo commoditatis. — Et dixit Rostamo: Actiones sunt fructus propositorum. — Et dixit, postquam filius ipsius iratus discesserat in terras Turcarum: Pertinacia omnium rerum minime prodest in vitâ praesenti, et maxime omnium nocet in vitâ futurâ.

Zāl ibn-Sām. Expensa in unamquamque rem fit ex opibus, excepto bello: nam expensa in illud fit ex (hominum) vitis. — Et dicebat: Consilium bene directum utilius est quam robur validum.

Rostam ibn-Zāl. Pulchra (in belli aerumnis sustinendis) patientia id est, in quo victoriae initium vertitur [2]. — Et dicebat: Fides est consors generositatis, et perfidia consors est vilitatis. — Et dixit Asfendijāro: Si vis tibi obediri, pete id quod praestari possit [3]. — Et dixit eidem: Dominus, quando praestandum imponit servo suo id quod perficere non potest, paravit ipse excusationem ejus de suâ parendi dedignatione.

Keicosrau ibn-Sijāwos. Felicitas est in eo, ut decreto divino (quo tendat) opitulceris. — Et dicebat: Opes nullae constare possunt cum prodigentiâ [4]. — Et ex dictis ejus hoc est: Maximopere is a recto declinat, qui bellat cum iis qui pacem petunt.

Costāsp. Postquam excitaverat homines ad (Magorum) fidem amplectendam [5], dixit iis:

1) Vox بناء, infinitivus verbi بنى, *proprio sensu hic accipienda videtur, ut voluerit: aedificia quae Reges exstruenda curant, evidentissima animi cujusque, elatioris an humilioris, indicia sunt.*

2) Arabice legitur: *est velites victoriae.*

3) Hoc dictum apud Herbel., in v. *Asfendiar*, ipsi huic Principi tribuitur: egregie tamen etiam Rostamo, recusanti Magorum religionem amplecti, convenit.

4) Verba, in Cod. Par. his praemissa, significant: *Nulla prosperitas est cum insolenti potestatis abusu.*

5) [Verba, in Cod. Par. hic addita, Persica esse glossa videntur, qua antecedens الايمان illustretur (ابن زندستت, *hoc est, Zendavestam*). Sacer enim liber, qui Zoroastro (زردشت) acceptus refertur, Persice aut simpliciter زند dici legitur, aut زنداقستا, زندابستا, زند بستا,

Mortuus et is cui religio non est, aequales habendi sunt; nec fidelitas apud eum est, apud quem non est religionis observantia. — Et dicebat: Quem maxime oportet ex hominibus ut benefaciat, est is cui Deus benefecit, et potentiâ instructo longas manus tribuit.

Asfendijār. Gratiarum actio praestantior est quam beneficia (pro quibus offertur): illa enim manet, haec vero evanescunt. — Et dicebat [1]: Ne fac in secreto quod pudeat te palam memorare. — Et e dictis ejus hoc est: Lenitas est clavis prosperi successûs.

Bahman ibn-Asfendijār. Benefaciendo alti fiunt gradus existimationis. — Et dicebat: *Experiri* expertum est dilapidatio [2]. — Et ex dictis ejus hoc est: Optima actionum ea est, quae celerrime *utilitatem affert* et pulcherrimum habet exitum.

Darius Major. Optimus sermo est laudatio Illius qui victum largitus est, et creavit, et locutus est (per Legatos suos), et benignum se praebuit [3]. — Et dicebat: Hostis qui tibi arridet, similis est colocynthidi, cujus folia sunt viridia, quae vero gustata occidit.

Darius Minor. Ne appetas quodcunque audias. — Qui fortunae succenset, longa est ira ejus. — Et dicebat: Quando adest tempus calamitatis, venit malum ex eâ parte unde exspectatur bonum [4].

P. ١٣ Alexander. Quum Dario obviam profectus esset, dixerunt illi exploratores sui: Darius octoginta millibus militum stipatus est. Quibus respondit: Leonem non perterret multitudo ovium. — Et quum dictum ei esset: Si multas duceres uxores, multa foret soboles tua et perennaret per eos memoria tua; respondit: Perennitas memoriae pendet a pulchritudine instituti et rationis agendi [5]; neque decet illum [6] qui viros devicit, ut

---

زندشتا et زندشتان ، زنداشتا ، زندوشت ، زندوشتا ، زندوستان ، زنداوستا. Cum quâ ultimâ formâ maxime convenit brevior illa, quae hic offertur, زندشت. W.]

1) Dictum, quod in Cod. Par. hic additum est, significat: *Vitiosos non reddit homines nisi vitium.*

2) [Ex Cod. Par. hoc certe recipiendum est, ut pro priori تصبيع substituatur تجريب. Et vix etiam dubito, quin illud الروزجار ab ipso scriptore verbo تصبيع adjunctum fuerit. Si enim abest, sat bonus quidem sensus huic dicto tribui potest: *denuo experiri virum expertae virtutis inutile et prodigo dignum est:* at si الروزجار, id est Persicum روزگار, *tempus*, additur, facilior etiam hic oritur sensus: *d. e. v. e. v. inutilis est temporis consumtio.* Nec mirum adeo est, qui Ṫaâlibius, in tradendo *Persici* Regis dicto, hoc Persicum vocabulum Arabicis immiscuerit. Conf. infra ad p. ٢٦ vs. 7. W.]

3) Quod in Cod. Par. offertur, ووفق, *et (hominum res) secundavit*, non minus huic loco congruit.

4) Quod in Cod. Par. exstat, hunc sensum habet: *venit malum unde antea bonum venire solebat.*

5) Nequaquam opus est, ut pro السيرة ex Cod. Par. restituatur plurale السير: nam sequens السنن,

vincant ipsum mulieres. — Et quum vidisset senem tinctis capillis, dixit illi: Si tingere potuisti canitiem, at quomodo tinges (reliqua) a senectute impressa signa [1]? — Ae quum vidisset mulierem arbori suspensam, dixit: Utinam omnes arbores fructus ferrent huic similes [2]! — Et virum videns facie pulchrâ, moribus inhonestis, dixit: Quod ad domum attinet, haec pulchra est, sed quod ad habitatorem, is malus est [3]. — Et dicebat: Ne contemnas consilium praeclarum, quod tibi det homo contemtus: nam margarita praestans non vilipenditur ob vilitatem urinatoris qui eam eduxit [4]. — Et ex dictis ejus de normâ instituendi belli haec sunt: Excogita quo noxam avertas solis et venti: qui si secundi tibi esse non possint, ne certe adversi sint. Cave tibi ne decrescat cura ordinandi (exercitûs), et cave item a strategemate mulieris securitatem rogantis. Commendatam redde hosti tuo fugam, eo quod non persequaris eos quando terga verterint. Ne per socordiam neglige fossam ducere, si quo loco diutius commoreris, et tribulos [5] ejicere, si in itinere verseris.

---

et pro plurali quidem formâ haberi potest, ductâ a sing. سُنَّةٌ, ita tamen etiam pro *singulari* valet: quo sensu tam سُنَنٌ, quam سَنَنٌ, سِنَنٌ et سُنُنٌ, pronuntiari potest. Exemplum hujus usûs vide in libro كليله ودمنه, p. ١٨ vs. 2 a f.

6) Aliud exemplum hujus constructionis verbi حَسُنَ extat in libro modo laud., p. ١٥٤ vs. 7 seq. Conf. etiam infra, p. ١٩ vs. 3 a f. et p. ٣١ vs. 13.

1) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 11 vs. 2 seq., ed. Cool. p. ٣ n. ٨). In verbis tamen aliqua diversitas est, cum ibi legatur: ورأى رجلا خضيبا فقال له ان صبغتَ الشيبَ فكيف تصبغ الكِبَرَ. Pro خضبت illud ergo verbum ibi offertur, quod etiam hic, tum in marg. nostri Codicis, tum in ipso textu Cod. Par., scriptum est; atque absentia vocis آثار ante الكبر sententiae magis prodesse quam officere videtur, cum melius etiam quam quod vertendo expressi, sonet: *at quomodo tinges senectutem (ipsam)?*

2) 4ᵃᵐ formam أثمر, *tulit fructus*, cum accusat. construi, docet etiam locus *Vitae Tîmûri*, ed. Mang. I. p. 208 vs. 1.

3) Hoc dictum anonymo cuidam tribuitur infra, p. ٤٤ vs. 11 seq.; et aliud, diversum quidem, sed valde tamen huic finitimum, Alexandro adscribitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 11 vs. 1 seq.; ed. Cool. p. ٣ n. ٧), ubi legitur: رأى الاسكندرُ رجلا حسنَ الاسمِ قبيحَ السيرةِ فقال له إمّا أَنْ تُغيِّرَ اسمَكَ او سيرتَكَ. *Quum vidisset Alexander virum pulchro nomine, inhonestis moribus, Aut nomen tuum, inquit, mutes, aut mores tuos.*

4) Dictum, quod in Cod. Par. hic additum est, sic vertendum est: *O captivi mortis!* (i. e. *O homines, morti omnes obnoxii!*) *solvite vinculum vestrum per sapientiam!*

5) [Quid significetur voce حَسَكٌ (de quâ Gauharius tantum sequentia scripsit: الحَسَكُ حَسَكُ

Porus, Indus. Maleficus non nisi malam de hominibus opinionem habet, quia adspicit eos oculo suae naturae. — Et dicebat: Melior auro est is qui illud dat, et pejor malo est is qui illud perpetrat. — Et ex dictis ejus hoc est: Cujus amicitia non prodest tibi, nocet tibi inimicitia ejus.

Keid, Indus. Dixit Alexandro: Dignissimus quem ames, est is, cujus utilitas in te redundat, cujusque noxa alium tangit.

Belhër, Rex Indiae. Qui amat te propter aliquam rem, fastidit te illâ cessante. — Et dicebat: Miror eum qui talia loquitur, quae si ab illo accepta narrentur, ipsi noceant, si vero non narrentur, ipsi haud prosint.

Ptolemaeus, Rex Graecorum. Qui repellit id quod novit (bonum esse), is magis excusandus est quam qui accipit id quod non novit (bonumne an malum sit). — Et dicebat: Non decet sapientem affari stultum, sicut non decet sobrium affari ebrium. — Et ex dictis ejus hoc est: Sapientia talem sibi locum in auribus stultorum invenit, qualem aurum et argentum in dorso asini.

P. ١٤ Ptolemaeus secundus. Pejus morte est id propter quod mors optatur. — Et dicebat: Sumite margaritas e mari, et aurum e lapide, et muscum e vesicâ [1], et sapientiam ab eo qui loquendo eam profert.

السَّعْدانِ الواحدةُ حَسَكَةٌ والحَسَكُ ايضا ما يُصْنَعُ من الحَديد على مِثالِه وهو من آلات العسكرِ), melius intelligetur, collatis his Firūzābādii verbis: الحَسَكُ محرّكةً نباتٌ تَعْلَقُ ثمرتُه بصُوف الغنم ورقُه كورق الرِّجْلةِ او أَدَقُّ وعند ورقه شَوْكٌ ملززٌ صُلْبٌ ذو ثلث شُعَب — — ويُعْمَلُ على مِثال شَوْكِه أَداةٌ للحرب من حَديد او من قَصَب فتُلْقَى حَوْلَ العسكر وتسمّى باسمه. Est igitur Latinum *murex*, sive *tribulus*, id est, *parva machina ferrea, formâ triquetrâ, quae in quamcunque partem terrae incubat, unum duosve aculeos infestos protendit.* Quorum tribulorum in bello usum ut Latini etiam scriptores commemorant, ita hic Alexander praecepisse legitur, ut, quemadmodum oporteret, sicubi diutius commoraretur exercitus, *fossam* circa castra ducere, ita curaret dux, si in itinere versarentur copiae, ut nocturno tempore *murices* quoquoversus circa requiescentes essent ejecti, qui repentinam hostium, ac praesertim equitum, incursionem impedirent. W.]

1) [Vox فَأْرَةٌ, quae in Lexicis nostris explicatur *acrior fragrantia* musci, cum adscriptâ auctoritate Ģauharii et al-Qāmūsi, reverâ non hoc significat, sed *vesicam* illam dorcadis Indicae, in quâ muscus oritur. Ģauharius scripsit: وفَأْرَةُ المسكِ النّافِجَةُ; et Firūzābādius: والفَأْرَةُ — نافِجَةُ المسكِ وبلا هاء المِسْكُ او الصوابُ ايرادُ فَأْرَة المسك في فَور لفَوَرانِ رائحتِها او يجوز همزُها لانّها على هَيْئة الفَأْرَة. Et in v. نافجة idem haec offert: والنافِجةُ السحابةُ الكثيرةُ المطرِ — ووِعاء

Ptolemaeus ultimus. Omnis actio, quam sana ratio licitam facit, recta est. — Et dicebat: Ne bibas venenum, fretus antidoto quod tecum habeas. Et pulcherrimum quod nomine ejus traditur, est hoc dictum ejus: Decet intelligentem hominem, ut, quando surgat mane, intueatur in speculum, et si faciem suam videat pulchram, ne dedecoret eam turpi *actione*, si vero deformem eam videat, ne duas res turpes inter sese conjungat [1].

Constantinus Byzantinus. Celeritas in puniendo ex iis est rebus, per quas vilem se praebet prosperitas [2]. — Et dicebat: Infirmissimus hostis is est, qui plurimum manifestat hostilitatem suam. — Et ex dictis ejus hoc est: Non custodit secretum tuum qui prodit vitium tuum.

Diocletianus Byzantinus. Ex imbecillitatis indiciis hoc est, si quis in rerum quae fato fiunt vicissitudinibus crebro ipse mutetur. — Et dicebat: Pacem quaerere cum hoste melius est quam eum perdere: nam illata ei pernicies saepe concitavit pejus quid quam ipsam illam a quâ requiescis hostilitatem.

Argāsp, Turca. Cujus emolumentum in tuâ noxâ situm est, hunc nullus rerum status ab inimicitiâ tui abducet. — Et ex dictis ejus hoc est: Vir intelligens is est, qui sic, quasi Dei decretum non agnoscat, providam curam rebus adhibet [3].

Cāqān, Rex Cazar*orum*. Quando consulis virum intelligentem, intelligentia ejus tua

---

المِسْكِ مُعَرَّبٌ. Quod ultimum vocabulum significat, vocem نافجة postremo sensu non vere Arabicam, sed ex peregrinâ linguâ sumtam, et quidem e Persico نافه ortam esse. In Antarae Moallaqâ (vs. 14; ex edit. Menili p. 39) vox فارة eandem illam potestatem habet; itemque in Tsâlibii لطائف الصحابة, p. MS. 65 vs. 3 (ex ed. Cool. p. ٣٠ n. ٩٣), et p. 88 vs. 2 a f. (in hoc dicto: الرَّضيُّ ابو الحسن الموسويُّ النَّقيبُ يقول من هَوانِ الدنيا على الله تعالى ان أَخْرج نفائسَها من خسائسها وأَطائبَها من أَخابِثها فأَخْرج الذهبَ والفضّةَ من حجارةٍ والمِسْكَ من فأْرةٍ والعنبرَ من روْثِ دابّةٍ والعسلَ من ذُبابةٍ والخزَّ من كَلْبةٍ والديباجَ من دُودةٍ والقَصَبَ من حَشيشةٍ والانسانَ من نُطْفةٍ فتبارك اللهُ ربُّ القُدْرةِ أَحْسنُ الخالقين). W.]

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 11 vs. 11 seqq.; ed. Cool. p. ٣ n. ١١): quo loco post قبيح idem illud من فعله additum est, quod in Par. etiam Cod. oblatum, vertendo expressi.

2) Conf. infra, p. ٤٥ vs. 13 et p. ٢١ vs. 5.

3) Idem fere sensus his verbis exprimitur in libro كليله ودمنه, p. ٢٣٣ vs. 1 seq.: ولكنّه يَجْمع تصديقًا بالقَدَر وأَخْذًا بالحَزْم.

fit. — Et dicebat: Proprium est Regum indoli, ut aegre ferant id quod turpe est si ab aliis fiat, si vero ab ipsis, aequo id animo patiantur.

Fagfūr, Rex Sinae [1]. Ira [2] in eum, qui in superiori quam tu gradu collocatus est, aut *morbi instar latentis affligit*, aut perdit (si manifestatur).

Āqfūr-Šāh Ašcānida, primus e Regibus populorum. Omnium hominum is minime excusandus est de turpi re commissâ, qui novisset turpitudinem ejus. — Et dicebat: Millies pepercisse sanguini licito (noxiorum) minus gravis consequentiae est quam semel effundere sanguinem illicitum (viri innocentis et sacrosancti). — Et ex dictis ejus hoc est: Ne de illo qui mentiendo tibi profuit, securus sis ne [3] mentiendo tibi noceat, neu de illo qui apud te traduxit absentem, ne te absentem traducat apud alium.

P. ١٥ Sābūr ibn-Āqfūr-Šāh. Qui non continuat perficitque [4] bonum a se inceptum, est

1) Dictum, in Cod. Par. hic additum, sic vertendum est: (*Oportet*) *aequo animo ferre* (*malum*), *donec copia sit valendi* (*contra illud*).

2) [In p. ٥٥ vs. 3 a f. dixi, pro voce الغضب, quae in nostro Cod. prima hujus effati est, in Par. Cod. offerri اضمارك: ita ut verba إضْمارُكَ على من فوقك hunc facilem sensum habeant: *Conceptam fovere in animo tuo* (*simultatem*) *adversus hominem in superiori quam te gradu collocatum*. Ex ipso tamen, quem Slaneus ad me misit, variantium lectionum indice efficeres, non *pro* الغضب ibi اضمارك, sed *ante* الغضب legi اضمارك على. Quod si, ut equidem maximopere addubitandum putavi, reverà tamen sic in eo Cod. exstat, verba إضْمارُكَ على الغضب على من فوقك in hunc sensum interpretanda sunt: *Reconditum habere in animo tuo iram in hominem* caet. Et quod tunc ad constructionem verbi أَضْمَرَ, *texit*, *occultavit*, cum praep. على attinet, aliud ejus exemplum offertur in libro كليله ودمنه, p. ٣٥ vs. 6 (وما يُضْمِرُ قَلْبُهُ عليه, *et quod tegit cor ejus*); explicanda vero est ex generali illâ Arabum consuetudine, fere omnia verba quae *tegendi* notionem haberent, non tantum cum accusativo, sed logice (cum exprimerent *operculum supra rem posuit*) etiam cum على construendi. Conf. جَنَّ et أَجَنَّ, دَبَّأَ, سَتَرَ (in libro laud., p. ١٣٥ vs. 10 et 13), غَشَّى et أَغْشَى, غَطَّى, كَفَرَ; لَطَّ et أَلَطَّ, caetera. — Pro sequenti مُضِرٌّ vertendo expressimus quod in Par. Cod. exstat, مُضْنٍ: sine dubio enim alterum illud per facillimum librarii errorem ex hoc ortum est. W.]

3) Post verbum أَمِنَ conjunctioni أَنْ *negativam* vim subesse, apparet ex. gr. ex al-Qor. XII. 107, et كتاب كليله ودمنه p. ١٠٧ vs. 2.

4) De hoc usu verbi رَبَّ (pp. *educavit* puerum, et hinc figurate *persecutus est perfecitque* bonum) vide Scholia ad Harîr. p. ٩٤ et ١٥٧, et infra p. ٤٩ vs. 2 a f. et p. ٣١ vs. 9.

quasi non fecit illud. — Et solebat quoque mense semel tantum aditum ad se praebere, dicens: Audacissimus hominum contra leonem est is eorum, qui plurimum eum videt. — Et dicebat: Qui non sincere te monet in amicitiâ, ne eum excuses; et qui simulando te decipit in inimicitiâ, ne eum culpes. — Et ex dictis ejus hoc est: Quod Rex premisit, id spopendit.

Ğūderz ibn-Sābūr. Mundus est res evanescens, et quaevis possessio est res commodata (quae reddenda est) [1]. — Et dicebat: Ne confidas amicitiae Regum: illi enim a sese te disjunctum tenent [2], quantacunque tua sit cum iis conjunctio. — Et ex dictis ejus hoc est: Calumniae [3] magis lethales sunt quam gladii et venenum confestim interimens. —

---

1) [De voce عارِيّة haec offert Ğauharius, in v. عور: والعارِيّةُ بالتشديد كأنّها منسوبةٌ الى العار لأنّ طلَبَها عارٌ ويُنْشَدْ

(الرمل) إنّما أنْفُسُنا عارِيّةٌ   والعَوارِىُّ قِصارٌ أنْ تُرَدّْ

Et in al-Qāmūso haec de eâdem formâ (itidem in v. عور) exstant: والعارِيّةُ والعارةُ مثلُ العارِيّة. مشدّدةً وقد تُخفّف والعارةُ ما تداوَلوه بينهم ج عَوارِى مشدّدةً ومخفّفةً. Propria igitur hujus vocis forma sine dubio est عَارِيَّةٌ, id est, forma *relativa*, ducta (non ab عَارٌ, *probrum*, ut satis insulse censuit Ğauharius, sed) a foem. عَارَةٌ, *mutuum*, *res commodata*. Postea tamen per catachresin etiam pronuntiari coeptum est عَارِيَةٌ (quasi participium foem. verbi عَرِى), similiterque in plurali non tantum عَوارِىُّ, sed etiam عَوارِى (عَوارٍ) dixerunt. Brevioris hujus formae pluralis exemplum offenditur in Grangereti de Lagrange *Anthol. Ar.* p. ١٠٩ vs. 3 a f., in hoc disticho metri الخفيف:

إنّما انتِ مُسْتَعِيرَةٌ ما سوفَ تَرُدّينَ والعَوارِى تُرَدُّ

Utriusque hic laudati distichi sensus manifestus est. W.]

2) Ut الأُنْسُ (sive الإِنْسُ) به significat *consuetudinem*, *familiaritatem*, *cum illo*, ita oppositum الوَحْشَةُ منه propria *solitudinem*, *separationem*, *ab illo*, et hinc *animi ab illo disjunctionem*, *alienationem*, vel etiam *metum ab illo* et *simultatem*, exprimit (conf. ex. gr. libri كليله ودمنه p. ١٣٠ vs. 3). Quarta forma أَوْحَشَهُ من نفسه ergo plane contrarium significat quam آنَسَهُ بنفسه, nempe *disjunxit eum a se*, *remotum eum tenuit a familiaritate suâ*.

3) Infinitivus سِعَايَةٌ sensu *obtrectationis*, *calumniationis*, etiam offenditur in libro كليله ودمنه p. ١٩ vs. 10 et p. ١٥٨ vs. 1.

[1] Mundus est perfidus vanàque specie decipiens: si manes illi, non manebit tibi [2]. — Et dicebat: Beneficia confer in eum qui tibi gratias agat, et gratias age ei qui beneficia in te conferat.

Cosrau ·ibn-Firūz. Injuria illata orphanis et viduis est clavis paupertatis, et clementia velum est quod e conspectu abdit noxas illatas, et corda subditorum sunt gazophylacium Regis ipsorum, qui ergo quod in iis deposuit, id ipsum in iis inveniet.

Ardewān major. Quando locum habet altercatio, melius est silere quam loqui; et quando bellum exortum est, provida rerum moderatio melior est quam decretum divinum [3]. — Et dicebat: Inhonestum adeo increvit numero, ut paucus evaserit (inter homines) pudor *ejus*.

Ardewān minor. Ingratum negligere beneficium acceptum ex iis est rebus, quibus vilitas indolis et pravitas observantiae in religionem constat. — Et dicebat: Incolumitas cum studio recti conjuncta est; et qui repellit monitum sincerum, experitur ignominiam.

Ardešīr ·ibn-Bābec, primus Sāsānī*darum*. Dicere solebat ·aç-Çāḥib ·Ibn-ʻAbbād: Oportet Regem, intimo cordi suo et pupulae oculi sui inscribere hoc Ardešīri dictum: Nullus Princeps est nisi per virorum auxilium, et nulli sunt viri (Principem tuentes) nisi per
P. ٢١ opes, et nullae opes nisi per florentem terrae conditionem, et nulla florens terrae conditio nisi per justitiam et pulchritudinem regiminis [4]. — Et dicebat: Princeps justus est melior quam pluvia magnis guttis effusa [5], et leo saevus melior est quam Rex iniquus, et Rex iniquus melior est quam civium discordia diuturna. — Et ex dictis ejus haec sunt: Justitia Principis melior est quam temporis, omni proventu uberis, felicitas. — Pessimus

---

1) [Duo quae sequuntur dicta in Cod. Par. alii Regi tribuuntur, cujus nomen ibi scriptum est برسی ابن ابران. Pro primâ voce sine dubio قُرسی legendum est (conf. p. ٥٩ vs. 12 seq.): postrema magis incerta est, sed fortasse in آذران mutanda (vide *Indicem nominum*). Caeterum tale nomen hic in nostro Cod. reverà excidisse, valde verisimile est propter absentiam consuetae transeundi formulae, quae, ut in *initio* tantum articulorum omitti ab auctore solet, ita sequenti quoque dicto praemissa est. W.]

2) Ultima verba hunc sensum habent: *si immaturâ morte non abreptus, diutius manes incola ejus, experieris, bona quae tibi largiatur, non constanter tua manere.* Sic ergo in utroque loco bene se habere videtur praepositio ل, quamvis in posteriori non minus recte ex Cod. Par. على pro eâ substitui possit: vide Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ۱۱۲ vs. 6 et (alterius partis) p. 141 vs. 13, itemque libri كليلة ودمنة p. ۲٥١ vs. 2, et infra p. ٦٩ vs. 4.

3) I. e. *plus efficit is qui consilium et prudentiam adhibet, quam qui in Dei acquiescit decreto.*

4) Idem hoc dictum commemoratur ab Herbel. in v. *Ardschir Babegan.*

5) Simile dictum (*Un roi juste vaut mieux qu'une nuée abondante en pluie*) Ardešīro tribuitur a Nichlo ·ibn-Masʻūd, apud Sacyum in *Not. et Extr.* T. II. p. 323.

Principum is est, quem timet insons et apud quem securus est improbus [1]. — Ne nitamini bonis mundanis, nam nemo est cui constanter maneant; et ne missa ea faciatis, nam vita futura obtineri non potest nisi per ea.

Sābūr ·ibn-Ardešir. Potiorem habet exitum si mille e primoribus dejiciantur, quam si unus ex infimâ plebe extollatur. — Et dicebat: Tempus se oblectandi tunc est, quando nullum superest negotium. — Et ex dictis ejus hoc est: Sermo viri intelligentis totus constat sententiis, et sermo stulti totus constat juribus jurandis.

Hormoz ·ibn-Sābūr. Qui dicit de hominibus quodcunque novit, dicunt de eo quod ipse non novit. — Et dicebat: Inter sermones sunt qui ipsâ pluviâ feraciores, et sunt qui ipso gladio acutiores sint. — Et ex dictis ejus hoc est: Regum potestas est in corpora subditorum, non in corda eorum.

Bahrām ·ibn-Hormoz. Generositas est nomen quod omnia quae laudi sunt complectitur [2]. — Et dicebat: Quotiescunque Rex illustrior fit gloriâ, necesse est illi ut subtilior fiat consideratione.

Nersi ·ibn-Bahrām. Dederunt ad eum incolae urbis Istacri [3] libellum, in quo *querebantur* de retentâ pluviâ. Cui rescripsit: Quando coelum avarum est in demittendâ pluviâ suâ, Reges liberales sunt in largiendis unionibus suis.

Hormoz ·ibn-Nersi. Efficacissima res in regni moderamine haec est, ut bene illud ordinetur [4] justitiâ et custodiatur robore. — Et dicebat: Oportet Regem, de possessione subditorum suorum aeque sollicitum esse, ac de suo regno sollicitus sit.

Sābūr ·ibn-Hormoz, Dū-'l-actāf. Benefactum quando non perficitur [5], tritum evadit sicut vestis vetusta et murus ruinam minitans. — Et quum incidisset in captivitatem Imperatoris Byzantini, dixit: Qui patienter perfert calamitates, est acsi non acciderint ei; P. ١٧
sed qui impatiens est in illis, eum perdunt. — Et quum in libertatem restitutus esset, dixit: Per res adversas conspiciendas se praebent perspicacitates ingeniorum. — Et dixit Imperatori: Compensare beneficia res necessaria est in (hominis) naturâ.

Hormoz ·ibn-Sābūr. Si perenne esset imperium, non ad nos pervenisset [6]. — Et di-

1) Hoc dictum etiam citatur ab Herbel. in v. *Ardschir Babegan.*

2) Idem dictum Moâwijae ·ibn-·abi-Sofjân tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 12 vs. 5 seq.). — De vi vocis مروءة vide supra, p. 19 ann. 3.

3) Vide Herbel. in v. *Estekhar.*

4) [Dubitavi, an non pro تسديدها legendum esset تَشْدِيدُهَا, *ut stabiliatur justitiâ.* Sed duo loci sunt in Abû'lf. *Ann. Mosl.*, I. p. 362 vs. 1 a f. et II. p. 38 vs. 8, ubi verbum شَدَّدَ eodem sensu occurrit. W.]

5) Conf. supra p. 28 ann. 4.

6) Idem dictum infra, p. ٣٣ vs. 8, tribuitur Jezido ·ibn-Abdi'lmalic, et apud Herbel. in v. *Khosrou Ben Hormous*, adscribitur Šīrinae, hujus Regis amicae.

cebat: Nos igni similes sumus: ad quem qui propius accedit, huic gravis accidit noxa ejus; a quo qui longius veru abest, hic nullam ex eo percipit utilitatem.

Ardeśīr ·ibn-Hormoz. Malum latet in cujusque hominis indole: qui si praevalet illi, intus manet; cui veru si praevalet ipsum, extrinsecus apparet. — Et dicebat: Intelligens is est, qui manu retinet habenam appetitûs sui.

Sābūr ·ibn-Sābūr. Firmi judicii is est, cujus nec vehemens est laetitia propter id quod obtinuit e bonis mundanis, nec dolor propter id quod ipsum fugit ex iis. — Et dicebat tempore regni patrui sui *Ardeśīri*: Omnium hominum vehementissimum moerorem habet is, qui videt alium in loco, quo ipse dignior est quam ille.

Jezdegird iniquus. Rex prudens is est, qui differt poenam (neque exsequitur) in ipsâ irae vehementiâ, sed festinat in remunerando bene merito. — Et dicebat: Manus (labore) vacua festinat ad malum, et cur vacuum festinat ad peccatum.

Bahrām-Ġūr. Sollicitudines mundi sunt morbus, cujus remedium est vinum [1]. — Et dicebat: Vinum et musica sunt duo fratres, quos non oportet a se invicem separare. — Et ex dictis ejus hoc est: Si corda liberorum hominum non captas hilaritate vultûs et beneficentiâ, quâ, quaeso, re ea captabis [2]?

Jezdegird ·ibn-Bahrām. Avaritia diruit aedificia generositatis. — Et dicebat: Incumbit tibi operam dare, sed non incumbit (utpote a te non pendens) rei successus; atque incumbit tibi diligentia, etiam si non juvet te fortuna.

Fīrūz ·ibn-Jezdegird. Qui facit quod ipsi placet, incidit in id quod aversatur. — Et postremum quod dixit, quum in eo esset ut periret in bello cum *Caśnawār*, hoc fuit: Qui gladium injustitiae stringit, occiditur illo; et qui accendit ignem discordiae civilis, fit materia quam ignis iste consumit.

P. ١٨ Balāś ·ibn-Fīrūz. Securitas complectitur omnes res optatas. — Et dicebat: Sanitas corporis est largissima (quae obvenire queat) portio. — Et ex dictis ejus hoc est: Regia dignitas dulci sapore est, amaris officiis [3].

Caśnawār, Rex Heitalorum. Dixit Fīrūso ·ibn-Jezdegird: Quam turpe est, humiliter se demittere ubi alienâ gratiâ indigetur, et superbum se gerere ubi careri eâ potest. — Et

1) Dictum parum diversum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 11 vs. 4; ed. Cool. p. ٣ n. ٩), ubi legitur: هموم الدنيا سم درياقه الراح, *Sollicitudines mundi sunt venenum, cujus antidotum est vinum.*

2) Hoc dictum anonymo cuidam tribuitur in eodem libro (MS. p. 11 vs. 13 seq.; ed. Cool. p. ٣ n. ١٢), cum parvâ hac diversitate, quod voces البشر et البر inter se transpositae sunt.

3) Idem dictum infra tribuitur ·an-Nomâni ·ibno-'l-Mondir, p. ١٩ vs. 15.

dixit eidem: Ne sis similis acui, quae (vestes consuendo) homines amicit, ipsa dum nuda est; neque ellychnio, quod hominibus lumen praebet, dum ipsum comburitur; neque suffimento, quod utile est aliis per suam ipsius noxam [1].

QOBÂD IBN-FÎRÛZ. Religio est nodus (conjunctionis cum Deo), et apparatus in futurum tempus repositus, et columen (vitae). — Et dicebat: Iter est navis molestiae [2], et morbus est incendium corporis, et bellum est locus ubi germinant mortes; atque haec sunt tria sibi invicem propinqua.

ANÛŠIRWÂN Justus. Quando non adest id quod vis, velis id quod adsit. — Et dicebat: Si non adjuvat nos Dei decretum, nos adjuvabimus illud (intendendo omnes diligentiae nervos). — Et ex dictis ejus hoc fuit: Beneficia conferre est semen genitale, et gratias agere est partus. — Itemque hoc: Qui industrie operatur, custodit (sua); sed qui dormit, haeret in somniis. — Et dictum ejus: Quod ipse edis, odorem emittit, et quod aliis edendum das, fragrat [3]. — Et dictum ejus: Omnes homines maxime decet supplices se Deo presternere, sed magis quam reliquos id illum decet, quem Deus eo dignitatis extulit, ut liber sit a sese prosternendo cuiquam ex creaturis Ipsius. — Et dictum ejus: Rex qui gazophylacia sua florere facit per (illatas) subditorum opes, similis est ei, qui tectum domûs suae obducit luto, quod evellit ex fundamento ejus. — Ac postquam miserat Wahrazum Deilemitam cum bis mille militibus, ad opitulandum Saifo ibn-Dî-Jazan contra Habessinos, dixit ei *Saifus*: Quid facient hi adversus quinquaginta millia? Respondit ille: O Arabs, magnae ligni copiae consumendae sufficit parvus ignis. — Et quum scripto ei delatum esset, munificentiam procuratoris expensarum ipsius excedere modum ei statutum, rescripsit: Ecquando vidistis amnem rigantem hortum anteaquam bibat [4]? — Et quum mors ei instaret, inscribendum curavit arcae suae: Quidquid boni praemisimus, est apud Illum, qui non deminuit mercedem; et quidquid mali acquisivimus, est apud Illum, qui puniendo non impar est.

1) Difficile conjectu est, quâ opportunitate Ćasnawâr hoc *Fîrûzo* dixerit. Neque tamen in Par. Cod. illud له recte omitti puto, quoniam absque eo Ṯaâlibius non وقال, sed وكان يقول, scripturus fuisset. Conf. hujus ejusdem pag. vs. 1 a f. et p. ١٩ vs. 1.

2) Id est: *vehiculum difficultatium et aerumnarum omnis generis.*

3) Verba راح, et فاح ita a se invicem differunt, ut alterum (quod plane est Latinum *spiravit*) ambiguam notionem habeat *olendi sive odorem* quemcunque *emittendi*, alterum semper significet *fragravit.* Sententia igitur hujus dicti est, multo gratiorem sensum e re quâ alios frui facias, quam e re quâ ipse fruaris, oboriri.

4) Significat, uti amnis hortum rigare non possit, nisi ipse prius aquâ augeatur, ita procuratorem suum non nisi ex suâ voluntate suoque ductu munificum esse. — De voce مروءة vide supra, p. 19 ann. 3.

Hormoz ·ibn-Anûširwân. Pater meus (egregio regimine suo) decessores suos praevertit P. ۱۲ et successores fatigavit. — Et dixit Bahrâm-Ğûbîno: Cave tibi, ne praeceps tecum ruat jumentum pertinaciae et adducat te ad interitum. — Et dixit eidem: Qui ingratus beneficium acceptum non agnoscit, tum in Creatoris indignationem, tum in creati [hominis] vituperationem incidit.

Aparwîz ·ibn-Hormoz. Pare illi qui supra te est: parebit tibi is qui infra te est [1]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Tribus rebus nullum est remedium: paupertati quâcum se miscet [2] segnities, et inimicitiae quâcum conjuncta est invidia, et morbo cui socia est senectus decrepita. — Et dicebat: Fuga tempestiva est victoria [3].

Širûja ·ibn-Aparwîz. Postquam Persae patrem ejus a regno amoverant, ipsumque Regem constituerant, dixerunt ei: Nos amovimus patrem tuum et te Regem constituimus, ut malam illius agendi rationem tu bonâ tuâ commutares [4]. Quod si facis, integrum persolvemus tibi debitum obedientiae; sin minus, infesta tibi fiet manus omnium. Quibus ille respondit: Vos mihi tuemini fructum regni: ego vobis tuebor instituta justitiae, et fidem vobis servabo [5] dicto factoque. Et quum jam ii de eo quod dixisset, cogitarent, ecce, ille conjunxerat ipsis in duobus verbis omne quo indigebant.

---

1) Quod in Cod. Par. hic additum est, sic vertendum est: *Et dicebat: Si vis ignominiae te exponere, jube eum qui jussui tuo morem non gerat.*

2) [Evidens est, 3am formam مازج hic plane idem significare quod خالط, *miscuit se*, sive *mixtus fuit*, *cum* aliis: a quâ propriâ significatione derivata est ea quae in ·al-Qamûso commemoratur (verbo فاخر explicata), *de gloriâ contendendi cum* aliis, sive *gloriandi contra* eos (pp. *ita se cum* aliis *miscendi ut parem cum paribus*): conf. locus e *Vitâ Tîmûri*, ed. Mang. T. I. p. 114 vs. 1 a f. Pariter 6a forma, quae medium est 3ae, significat: *inter se mixti fuerunt;* ut in versu ·Ibno-'l-Fâriçi, qui exstat in Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ٨٥ vs. 7, et in loco Abû-'l-Faragi *Hist. Dyn.* p. 130 vs. 10, in quo posteriori sensum habet *contendendi inter se*, sive *manus inter se conserendi.* W.]

3) Quae in Cod. Par. hic addita sunt, hunc sensum habent: *Et postquam a regno eum amoverat filius ipsius Širûja, consentientibus Satrapis, dixit illi: Brevi carpes fructum maleficii tui. Jam vale: quod quidem vale consuetudinis, non vale favoris est.*

4) [Solet quidem 10a forma استبدل cum accus. et ب constructa, significare Latinum: *commutavit hoc cum illo*, id est, *substituit sibi hoc pro illo* (ut in ·al-Qor. II. 58, *Vitae Tîmûri* II. p. 790 vs. 1, itemque ex parte etiam in ·al-Qor. IX. 39 et in loco libri لطائف الصحابة, quem edidit Coolius p. ١. n. ۴٩); at nihil tamen obstat, quominus eadem forma, eodem modo constructa, significet quoque Latinum: *commutavit hoc illo*, id est, *substituit sibi illud pro hoc.* Vide quod de ambiguâ potestate verbi بدل dixi in *Spec. Crit.* meo, p. 165 ann. 284. W.]

5) [Secundam formam وفّى ideo ab hoc loco alienam putavi, quoniam significare solet *integram per-*

Jezdegird ·ibn-Šahrijār, ultimus Regum Persarum. Dicebat: Decretum divinum (quidquid obnitaris) praevalet, et fatum extremum (quoquo modo fugias) insequitur, et res a Deo constitutae (nunquam non) fiunt, et sollicita cura superflua est, et contra quemque Regem stat vigil a parte noxarum [1], et quando fortuna retrocedit a populo quoquam, sufficit hosti eorum (ad facilem victoriam reportandam).

Gadīma maculosus, primus Regum Arabum. Ex dictis ejus haec fuere: Regibus diversa sunt (pro diversis temporibus) consilia [2]. — Qui regnat, in elato hoc statu solus est; et qui fortunam cursu praevertere studet, labitur [3]. — Turpe est ut nomen suum [4].

Al-Mondir ·ibn-Māi-'s-samā. Potentia est sub umbrâ gladii. — Et dicebat: Arces Arabum sunt equi et arma. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Bellum est (ut) situlae [5], et lapsiones ejus percenseri non possunt [6].

An-Nomân ·ibno-'l-Mondir. Dictum ejus est: Regia dignitas dulci sapore est, amaris officiis [7]. — Item ex dictis ejus hoc est: Regnum est sterile [8]. Id est: nullae consanguinitates sunt inter Reges et alium quemquam.

---

solvere alicui rem, et sive cum duobus accusativis (ut in vs. superiori, et in ·al-Qor. II. 281, III. 24, 50, caet.), sive cum accus. rei et الى pers. (ut in ·al-Qor. II. 274), construi. Non dubitavi tamen, quin *litterae* in nostro Cod. scriptas, bene se haberent (si tantum pro indicativo modo jussivus substitueretur), et 4^{ae} formae أُوفِى hic, ut in multis locis, eadem ac 1^{ae} potestas subesset, *fidelem se praestandi*, *fidem servandi* (conf. ·al-Qor. II. 38, 172; III. 70, caet.). Sensus igitur, quem vertendo expressimus, plane manet idem, si pro واوفى (وأُوفِ) ex Par. Cod. recipias وافى (وَأَفِ), id est, si pro 4^{a} formâ 1^{am} substituas. W.]

1) Id est: *fieri non potest, ut Rex infortunia, sibi destinata, evitet, utpote quem ab eorum parte semper veluti vigil observet, qui fugam ejus impediat.*

2) Conf. Schol. ad Harir., ed. Sac. p. ٥٨٣ vs. 6 a f. seqq.

3) Id est: *Unus tantum in civitate Rex est; et qui e subditis, supra suum se gradum efferens, regnum affectat, gravissimas temeritatis dat poenas.*

4) Id est: *Turpe, quo magis ipsum cognoscitur et sequelae ejus considerantur, eo magis id reverâ esse quod dicatur, apparet.*

5) De hoc dicto conf. Freyt. *Ar. Prov.* T. I. p. 384, et Reiskei annot. ad Abu'lf. *Ann. Mosl.* T. I. p. 98 seqq.

6) Ut fortuna, cum equo comparata, *pedem offendere* et *labi* dicitur, si cui *adversa fit*, ita hic *lapsiones* belli figurate *frustrationes* ejus et *adversos casus* exprimunt.

7) Idem dictum supra tribuitur Balāšo ·ibn-Fīrūz, p. ١٨ vs. 2. — Quae in Cod. Par. hic addita sunt, hunc sensum habent: *Et dicebat: Qui perfidus est, in exitium incurrit. — Et postquam in carcerem Aparwīzi devenerat imminebatque ei interitus, dixit: Quis manus habet ad subitos fortunae assultus repellendos?*

8) De hoc dicto conf. Freyt. *Ar. Prov.* T. II. p. 685. Sensus ejus, ut ibi Meidānī verbis explicatus

Hogr ·ibn-Amr ·al-Kindî. Dixit filio suo 'Imra-o-'l-Qaiso: O mi fili! pulcherrima poësis est ea quae plurimum mentitur; Reges vero non decet mendacium. — Et postquam undique cum incluserant Asadîdae, ut occiderent eum, dicere coepit: O miseram sortem ferarum, intra ungulas hyaenarum versantium.

Amr ·ibn-Hind. Prius arma paranda sunt, tum dimicandum; et pugnam prohibere
P. ٢. (si cupis, id faciendum est) anteaquam manus conserantur [1]. — Et dicebat: Reges contumeliâ afficiunt factis, non verbis; et (alios) audire faciunt manibus, non linguis.

Al-Harit ·ibn-abi-Samir ·al-Gassânî, Rex Arabum Syriae. Quando duo gladii inter se concurrerunt, eligendi copia sublata est [2]. — Et dicebat: Qui se decipi sinit verbis hostis sui, ille maxime sibi ipse hostilis est. — Et ex dictis ejus hoc est: Occasio celeris elapsu est, tarda reditu.

Hassân ·ibn-Tobba·, ultimus Regum ·al-Jemanis. Ex dictis ejus hoc fuit: Ne confidas Regi, nam celeriter fastidit; neque mulieri, nam ad perfidiam prona est; neque jumento, nam fugax est. — Et ex dictis ejus hoc quoque fuit: Liberale donum est arx prosperitatis vitae (aliorum, quae hanc tuetur) a vicissitudinibus temporis et a diversis calamitatum generibus.

---

est, huc redit: *Rex, si de regno suo contra aliorum ambitiosa incepta tuendo agitur, ne ipsis quidem filiis suis parcit, sed ita eos perdit, acsi nulla sibi cum illis necessitudo intercederet.* Idem dictum in Lex. suo Freytag*ius* attigit, et explicationem adjecit a Ǧauharîo et Fîrûzâbâdîo traditam. [Quae tamen cum non satis accurate ibi expressa sit, et verba *quod ex eo nullum commodum percipitur* verae notioni repugnent, ipsum utriusque scriptoris locum hic describam. Ǧauhar*ius* ergo haec dixit (in v. عقم): والمُلْكُ عَقِيمٌ لانّ المَلِكَ قد يَقْتل ابنَه اذا خافَه على المُلْكِ. Et in ·al-Qâmûso sequentia se offerunt: والملك عقيم اى لا يَنْفع فيه نَسَبٌ لانّه يُقْتَل فى طَلَبه الابُ والاخُ والعمُّ والولدُ. W.]

1) Hoc dictum, iisdem verbis expressum, citavit Freytag., *Arab. Prov.* T. I. p. 58 et 233, et de eodem mentionem quoque injecit T. II. p. 644 ad n. 193 (in utroque igitur loco quem ex priori Tomo laudavi, pro XXIV, 179 substituendum est XXIV, 193: quod ideo certissimum est, quoniam Meidânî*us* ipse ad *hoc* proverbium (المشاورة قبل المساورة), in Commentario suo illud quod hic habemus, citavit). Conferendum etiam est Freyt. Lex., tum in 3ª formâ verbi حجر, tum in نجز, quo posteriori loco Fîrûzâbâdîi explicatio tradita est. [At rursus non accurate, ut ex adhibitis ipsis quae in ·al-Qâmûso exstant, verbis facile apparet: والمُحاجَزةُ قبلَ المُناجَزة اى المُسالَمةُ قبل المُعالَجة فى القتال يُضْرب فى حَزْم مَنْ عاجَل الفرارَ ممّن لا قِوَامَ له به ولمن يَطْلب الصلحَ بعد القتال. W.]

2) Conf. supra, p. ٩ vs. 3 a f.

An-Nagâŝî, ultimus Regum Habessinorum. Regnum constare potest etiamsi Rex infidelis sit, sed constare non potest si injustus est. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Liberalitas non durat ubi prodigentia est; neque avaritia est ibi, ubi rectus in expensis modus servatur. — Et dicebat: Rex est is, cujus seria praevalent ludicris, et cujus judicium domat cupiditates, et cujus actio explicat occultum mentis propositum.'

CAPUT V.

exhibens dicta Regum et Emirorum Islâmiticorum.

Moâwija ibn-abi-Sofján, primus e Regibus Islâmiticis, quandoqnidem Prophetae, cui Deus benedicat et faveat, hoc fertur effatum: Califatus post mortem meam per triginta annos durabit [1]. Dicebat: Nos sumus Fortuna, ita ut quem extollamus, elatus sit, et quem dejiciamus, abjectus [2]. — Et dicebat: Non est ut irascar ei quem sub imperio teneam, neque ei quem sub imperio non teneam. Id est: Non decet *me* irasci ei qui in ditione meâ est, nam manus mea ad eum pertinet, et est in potestate meâ ut (ulciscendo) mihi ab illius parte quietem restituam [3]: quid ergo valeret ut memet ipse fatigarem irascendo homini, cujus hic status sit? Neque decet me irasci ei, qui me superior aut mihi par est, et a quo vindictam sumere non possum: id enim noceret mihi et contereret me, non vero noceret homini, ad quem manus mea non pertinet. — Et dicebat: Mulieres vincunt viros generosos, et vincunt ipsas viri viles. — *Et dicebat:* Dure tractare servos ex iis est rebus, per quas vilem se praebet potestas. — Et dixit al-Ḥosaino ibn-Alî ibn-abi-Tâlib, quorum utrumque [4] Deus gratum habeat: Utinam ne diuturnitas mansuetudinis nostrae tibi parcentis, aliorum insipientiam in te provocet [5]. — Et dixit aliquando P. ٢٩

1) Conf. supra p. 3 ann. 1, at Hammeri *Gemäldesaal*, T. II. p. 6.

2) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة, (MS. p. 12 vs. 4 seq.; ed. Cool. n. ١٣).

3) Eodem sensu, quo hic 5ª forma تَشَفَّى, occurrit 8ª اِشْتَفَى in libro كليله ودمنه p. ٢٣٣ vs. 4, et in Tibrîzî Comment. ad al-Ḥamâs. p. ٩٧ vs. 16.

4) Nempe, *al-Ḥosainum et Alium.* Abû-Tâlib enim, Alî pater, Moḥammedis patruus et tutor, cum ad Islâmum nunquam transierit, et moribundus etiam detrectaverit solennem illius formulam pronuntiare (vid. Hammeri *Gemäldesaal*, T. I. p. 72 seq.), nequaquam a Moslimis honore istius benedictionis afficitur. Nomen igitur ejus hic a scriptore exprimi potuit (omissum vero est in Cod. Par.), cum tamen nulla ambiguitas ex duali numero pronominis هما lectori oriretur. Conf. supra p. ١. vs. 4; at infra etiam p. ٢٥ vs. 14, quo loco, sive per ipsius auctoris sive per librariorum errorem, male pro عنه scriptum est عنهما.

5) Uti in universum clementiae laudi studebat Moâwija (vid. Herbel. in fine art. de hoc Califâ), ita inprimis erga al-Ḥosainum et reliquos Moḥammedis cognatos mitem patientemque se praebebat (conf. Hammer. l. l. II. p. 20 seqq., praesertim p. 27 vs. 3 a f. seqq.). Metuere se ergo hic dicit, ne longa clementia suâ, ab al-Ḥosaino obstinatione et pertinaciâ excepta, aliorum animos exacerbet, et

sodalibus suis: Vellem mundus esset in manu meâ ovum *semicoctum* [1], ut sorbere eum possem (totum) ut est.

Amr ibno-'l-Âç. Cujus multi sunt amici, multi sunt creditores ejus. Id est: necessario ei incumbit, praestare officia illis debita: et vero officia debita sunt aera aliena. — Et dicebat: Sermo est similis medicinae; si exiguum inde sumas, proficit; sin multum, occidit. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Elatio irae ducit ad humilitatem excusationis. — Et dicebat: Intelligens est is, qui discernit melius duorum malorum.

Al-Mogîra ibn-Šoba. Qui destituit amicos, destituitur. — Et dicebat: Vitae jucunditas [2] sita est in abjiciendo numeroso comitatu [3]. — Et dicebat: In omnibus rebus modus excedi potest, praeterquam in beneficentiâ.

Zijâd ibn-abihi. Pars est beatitudinis viri, ut longa sit vita ejus, et experiatur in hoste suo quod ipsum gaudio afficiat [4]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Necesse est viro ut sibi caveat ab invidiâ amicorum et a dolo adversariorum suorum.

---

ad *insipidi*, id est, improbi et nefarii, quid in eum patrandum concitet. Id quod factum esse brevi post Moâwijae mortem, jussu filii ejus Jezîdi, ex historiâ notum est.

1) [Sine dubio vera lectio in Cod. Par. hic offertur, nempe *Persicum* vocabulum نیمبرش, quod *semicoctum* sive *sorbile* ovum significat. In nostro Cod. lectio بنمرشت (ex quâ, ut aliquem sensum praeberet, duo vocabula facienda — spatia enim in illo Cod. perquam ambigua et incerta sunt —, addităque in alterius fine litterâ ی, بنمر شتی effingendum putavi) manifesto corrupta est ex نیمبرشت, quae forma a Persis juxta cum نیمبرش usitatur: vide Richardsoni *Pers. Ar. and Engl. Dict.* in v. Mirum sane est, mediae orationi Arabicae Persicum vocabulum hic immixtum esse, dubitarique posset, an ipse Moâwija revera eo usus fuerit; sed ab unâ parte observandum est, illud Arabibus nequaquam ignotum fuisse (vid. Freyt. *Lex.* in ipsâ voce, at Golii ac Castelli Lexx. in v. نمب: ubi minus bene نیمبرشت pronuntiari videtur, cum composita vox sit ex نیم, *semi*, et verbo برشتن, *coxit*); et ab alterâ etiam parte reminiscendum, Ţaâlibium, etsi elegantissimum purissimumque scriptorem Arabicum, in Perside tamen vixisse (Neisâbûri), et fortasse hoc dictum ex Persico fonte mutuantem, Arabicam vocem quam pro illâ substitueret, in promtu non habuisse. Conf. supra p. ١٢ vs. 16, et infra p. ٣٠ vs. 5. W.]

2) Eodem sensu haec vox offenditur in Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ٨٧ vs. 5 (conf. scholion in p. ٩١ vs. 7 a f.).

3) De voce حشمة conf. *Oriental.* T. II. p. 233 ann. *e*.

4) [Quae in Par. Cod. hic addita sunt, hoc proprie significant: *Et dicebat: Potestas aufert iram ob illatas injurias conceptam.* Id est: *Qui offensorem suum in manus sibi traditum ejusque puniendi copiam habet, huic ira sedatur.* Conf. hujus ejusdem pag. ٢١ vs. 17 et 21. W.]

Al-Ahnaf ibn-Qais. Qui impatiens est unius verbi, verba complura audit. — Et dicebat: Intelligens [1] est is, cujus lapsiones numerari possunt. — Et dicebat: Nunquam delator longius a Deo distat, quam ubi verum dicit [2]. — Et postquam Moáwija dixerat: Quem maxime decet ex hominibus condonare, is est qui potentissimus est ad poenam infligendam; et qui minutissimam ex hominibus intelligentiam habet, est is qui injuriose tractat eum qui se inferior est; respondit al-Ahnaf ibn-Qais: Et cui maxime incumbit inter homines ut benefaciat, is est cujus arbitrio paretur [3]. Tunc Moáwija: Hoc, per Deum, inquit, pulchrius est quam duo priora.

Abdo'llâh ibno-'z-Zobair. [4] Solitudo melior est quam socius malus [5]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Edistis [6] dactylos meos, et rebelles fuistis in mandatum meum.

Abdo'lmalic ibn-Merwân. Praestantissimus hominum is est, qui ignescit cum (puniendi) potestate instructus sit, et qui modestum se praebet cum excelsâ dignitate emineat, et qui aequitatem exercet cum robore polleat [7]. — Et quum morte ei ademtus esset filius, dicebat: Laus Deo sit, qui occidit liberos nostros, et quem tamen amamus [8].

Al-Haggâg ibn-Jûsof at-Taqafî. Ignosci debet confitenti, non perseveranti. — Et P. ٢٢
dicebat: Princeps, quem timent subditi, melior iis est quam Princeps, qui timet ipsos. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Praestat ut Princeps sit tyrannus, quam ut debilis sit: illud enim ad singulos, hoc vero ad universos pertinet. — Et dicebat: Saepe veritas eruitur ex

---

1) Non minus bene se habet lectio, in Cod. Par. oblata: *Perfectus est is* caet.

2) Spectat, credo, *consilium*, quo delator in veritate patefaciendâ ducitur: quod cum unice in nocendo et perdendo versetur, plane contrarium est Dei consilio, veritatem revelantis ut hominibus viam salutis sternat.

3) Proprie: *cujus arbitrium libere transit et ab omnibus agnoscitur.*

4) Dictum, quod in Cod. Par. hic praemissum est, facilem hunc sensum habet: *Loquere de absenti: videbis eum.* Conf. Freytag. *Ar. Prov.* I. p. 505 ad n. 23.

5) Idem hoc dictum supra Mohammedi tribuitur, p. ٩ vs. 5, substitutâ pro قرين eâdem illâ voce (جليس), quae hic etiam in Cod. Par. offertur.

6) In textu pro أكلتم per errorem أكلتم scriptum est. — Sensus dicti est: *Vos, etsi cibo meo nutriti et beneficiis meis fruiti, tamen ut adversarii mihi restitistis.*

7) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 12 vs. 8 seq.; edit. Cool. p. ٤ n. ١٤). — Quod ad usum attinet, in quem hoc loco praepositio عن adhibita est, plane similis locus se offert in Tibrizii Comm. ad al-Hamâs., p. ٤٥ vs. 7 a f.

8) [Quae in Par. Cod. hic addita sunt, admissâ quam proposui emendatione hunc sensum habent: *Et scripsit ad al-Haggâgum de incolis regionis Cûfensis et Baçrensis: Relinque iis carnem: crassescent inde adipe.* Id est: *Ne durius habe eos et omni vitae commoditate priva: sic magis florebit status eorum et meliori in te animo erunt.* W.]

mendacio. — Et dicebat: Similis est ·al-Cûfa pulchrae mulieri pauperi, quae in matrimonium petitur propter formositatem suam; et similis est ·al-Baçra deformi mulieri diviti, quae in matrimonium petitur propter opes suas.

Moçab ·ibno-'z-Zobair. Uxores *nobiles* ducere est e viis quibus ad celsitudinem pervenitur. — Et dicebat: Ego sane flagro amore celsitudinis ut flagro amore formositatis. Vult: mulierum [1]. — Et postquam vehemens bellum inter illum et Ãbdo'lmalic*um* ·ibn-Merwân gestum erat, misit ad eum Ãbdo'lmalic fratrem suum Mohammed*em* ·ibn-Merwân, oblatum ei (si se dederet) vitae securitatem. Cui Moçab: Vir, inquit, qualis ego sum, non recedit e loco qualem teneo, nisi aut victor aut victus.

Qotaiba ·ibn-Moslim. Quum ei ·al-Haggâg per literas mandasset, ut Cowârezm*um* invaderet, respondit ei: Est ea regio longinqua petitu, exiguae praedae. — Et quum prope Samarqand*um* venisset, dixit: Haec urbs (per amoena quae eam cingunt loca) coelum refert virore, et palatia ejus referunt astra nitore, et flumina ejus viam lacteam [2]. — Ac quum reversus esset in Corâsân*em*, dixit: Si quis in manu suâ habet quidquam ex opibus Principis [3], projiciat illud; et si quidquam est in ore ejus, eloquatur illud; et si quidquam est in pectore ejus, efflet id [4]. Et admirati sunt homines quod tam pulchre res distinxisset et distribuisset.

Al-Mohalleb ·ibn-·abi-Çofra. Miror eum qui emit servos pecuniâ suâ, et non emit liberos factis suis [5]. — Et dixit filiis suis: Pulcherrima vestium vestrarum est ea quae alium texit, et optimum jumentorum vestrorum est illud, quo alius vectus fuit [6]. — Et

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 12 vs. 7): quo loco, prorsus ut hic in nostro Cod., النساء, non فى النساء, ut in Cod. Par. est, offertur.

2) Hoc dictum, paucis praemissis, eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 12 vs. 10 seqq.; ed. Cool. p. ۴ n. ۱۵). Levi discrimine ibi pro انّها كالسماء legitur كانّها السماء, itemque pro الزاهرةُ, فى الزُّهْرة. Posterius etiam in Cod. Par. hic offertur, sed depravatum in الزهرة.

3) [Quo sensu hic in Cod. Par. pro السلطان legatur ابن حازم, non perspicio: nudum mendum hoc esse, vix tamen credibile videtur. W.]

4) Vult: *Qui ex militibus quidquam praedae secum fert, aut usquam celatum habet, aut ab aliis celari conscius est, exhibeat indicetve illud, ut justa pars ejus Principi*, id est, *Califae* (·al-Walido ·ibn-Ãbdi'lmalic), *mittatur.*

5) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 13 vs. 2 seq.; ed. Cool. p. ۴ n. ۱۹).

6) Etiam hoc dictum eidem tribuitur ibid. (MS. p. 13 vs. 3 seq.; ed. Cool. p. ۴ n. ۱۷); cum hac diversitate, quod pro كان يحمل, ut hic in nostro est Cod., ibi رأى تحت scriptum est. Vera lectio offerri videtur in Par. Cod. (كان تحت), cujus posterior pars in altero loco facile in

ex dictis ejus hoc fuit: Audacter adire periculum letale, est semet exitio exponere; et prae metu absistere ab utendo opportunitate, est animi abjectio iegens.

JEZÎD ·IBNO-'L-MOHALLEB. Dixit fratribus suis: Multum comparate vobis ex talibus rebus quae laudi sunt: nam ab iis quae in vituperationem adducunt, vix quisquam est qui liber esse queat. — Et dicebat: Vellem constaret poculum mille *nummis aureis*, et unaquaeque uxor [1] esset in *fronte* leonis; ita ut bibere non posset nisi liberalis, neque uxorem ducere nisi strenuus.

AL-WALÎD ·IBN-'ABDI'LMALIC [2]. *Postquam mortuus erat pater ejus et ipse in hujus locum successerat, dixit: Afflictus sum maximâ afflictione et donatus sum praeclarissime dono, morte Principis credentium et Vicariatu Domini aevorum* [3].

SOLAIMÂN ·IBN-'ABDI'LMALIC. Quum aliquot legati [4] apud eum verba fecissent et rem unam male gessissent, tum vero locutus esset unus ex illis et egregie id instituisset, dixit P. ۳۷
Solaimân: Hujus viri sermo post illorum similis est pluviae [5], quae pulverem volantem ad terram adhaerescere fecit [6]. — Et quum aliquando pestem in Syriâ grassantem fugis-

---

يحمل, prior vero in altero aeque facile in رأى abire potuit. — Sensus dicti versatur in laudando auxilio officioque aliis praestito.

1) Freyt. in Lexicon suum pluralem quidem formam مَنَاكِحُ ex ·al-Qâmûso recepit, singularem vero مَنْكَحٌ eon enotavit.

2) Quod in brevi ad textum annotatione dixeram, mihi certum videri, ea quae ad ·al-Walîdum spectarent, hic in nostro Cod. excidisse, una cum inscriptione sequentis articuli, سليمن بن عبد الملك (nempe per facillimum librarii errorem, cujus oculus a priori بن عبد الملك ad posterius transiliisset), id collatio Par. Codicis plane confirmavit. De causis igitur, quae eam rem mihi tunc persuaserint, jam non necesse est ut accuratius exponam.

3) Uti hic Califae dignitas non *Vicariatus Legati Dei* (خلافةُ رسولِ الله), sed *Vicariatus* ipsius *Dei* appellatur, ita in loco libri لطائف الصحابة (MS. p. 76 vs. 9; in ed. Cool. p. ۳۴ vs. 11), itemque infra p. ۴۸ vs. 7, Califa ipse خليفةُ الله dicitur.

4) Forma وُفُودٌ hic pluralis est, ducta a sing. وافِدٌ, *legatus:* deëst ea apud Freyt., sed notata est ab Ewaldo in *Gramm. Ar.* T. I. p. 184, et occurrit etiam in annot. Hamakeri ad فتوح مصر, p. 39 vs. 3.

5) مَطَرَةٌ est forma unitatis, quae apud Freyt. hoc sensu non notata est.

6) Eadem haec res de Solaimâne narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 13 vs. 5; in edit. Cool. p. ۴ seq. n. ۱۸), sed cum aliquantâ diversitate. [De ultimis verbis, quae ut ibi leguntur (ما أُشْبِهَ كلامَهُ بعد كلامهم الّا بمطرٍ تلبّدتْ عجاجتُهُ), integra esse non possunt, egi in cen-

set, eique dictum esset: Deus excelsus sic loquitur: » Dic: non proderit vobis fuga, si fugitis mortem aut caedem: itaque (hoc faciendo) non nisi exiguum temporis in vitâ servabimini [1];" respondit: Exiguum illud est ipsum quod cupimus [2].

'Omar ·ibn·Abdi'l·azîz. Si Dei excelsi nomina celebrare [3] non esset officium necessario mihi praestandum, profecto non loquerer de Illo, reverentiae quâ Eum prosequor causâ. — Nec quidquam audivi pulchrius, quam hoc ejus dictum: Nox et dies operantur in te: tu ergo operare in iis [4]. — Et quum Praefectus Emissae ei scripsisset, egere eam urbem munimento, respondit: Muni eam justitiâ.

Jezîd ·ibn·Abdi'lmalic. Non decet id concupere quod sperari non potest, neque illud timere quod nullo modo potest vitari. — Et dicebat: Si perpetuo maneret regnum, non ad nos pervenisset [5].

Hishâm ·ibn·Abdi'lmalic. Quum ei dictum esset: An expetis Califa*tum*, timidus quum sis *et avarus*, respondit: Quomodo enim non expeterem, quum abstinens a malo et mansuetus sim? — Et scripsit ad fratrem suum, Maslama*m*: Purga exercitum tuum istis qui discordiâ excitandâ res corrumpunt: Deus enim fortunatum non reddit opus corruptorum.

Maslama ·ibn·Abdi'lmalic. Nunquam me ipse culpari propter rem mali exitûs, quam cum providâ curâ exorsus eram; neque unquam memet laudavi propter rem fortunati eventûs, quam cum debili proposito inceperam [6].

Al-Walîd ·ibn·Jezîd [7]. Ne differas voluptatem diei praesentis in crastinum: nam certa fides huic haberi non potest [8].

---

surâ *Grammaticae Arab.* Cl. Roordae, quae inserta est diario *de Gids* (1837, n. 6—12), p. 551 seq. Dixi tum, mihi videri pro تلبدت عجاجته substituendum esse تلبّدتْ به عجاجةٌ; at nunc etiam facilius et certius puto, ut pro بمطر تلبّدت عجاجته legatur بمطرة لبّدتْ عجاجةً. W.]

1) Al-Qor. XXXIII. 16.

2) Eadem de eodem narrantur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 13 vs. 7 seqq.; ed. Cool. p. ٥ n. ١٩), cum levissimâ in primis verbis diversitate.

3) ذِكْرُ الله, *commemoratio Dei*, ea Moslim*orum* precatio dicitur, quae praecipue in recitandis nominibus Illius (numero 99), cum diversis laudationibus conjunctis, versatur.

4) Per hanc versionem servare studui lusum verborum, qui penitus periret, si, quod perspicuitatis causâ faciendum esset, sic vertissem: *Nox et dies vim suam in te exercent: quare tu labora in iis.*

5) Conf. supra, p. ١٧ vs. 3.

6) Quae in Cod. Par. hic addita sunt, hunc sensum habent: *Et dicebat: Tuum, o Deus, auxilium imploro ad sustinenda onera principatûs.*

7) Dictum ejus, quod in Cod. Par. sequenti praemissum est, sic est vertendum: *Miror si video lubentem in onere ferendo animum.*

8) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 14 vs. 2 seq.).

Jezid ·ibno-'l-Walid. Maxime omnium hominum radicatus erat in regno [1], quum pater ejus esset ·al-Walid ·ibn-Abdi'lmalic ·ibn-Merwān, et mater ejus Šahferend filia Firūzi ·ibn-Jezdegird ·ibn-Šahrijār, et mater matris ejus filia Širūjae ·ibn-Aparwīz, et mater Širūjae Maria filia Caesaris, et mater Firūzi filia Ċāqānis, Regis Turcarum. Unde dicebat:

Ego genus duco a Chosroë, et auctor paternae stirpis est Merwān; et Caesar est avus meus, et avus meus est Ċāqān [2].

Et dicebat: Timeo mihi perfectionem ipsam [3], et saepius redeuntem prodigentiam, et noxam quae ex principatu redundat. Fuit autem spatium quo imperium tenuit, quinque menses [4].

Merwān ·ibn-Mohammed ·ibn-Merwān, ultimus Regum e stirpe 'Omaijae. Dies potentiae, etiamsi diuturni, breves sunt, et oblectatio inde percepta, etiamsi magna, parva est. — Et scripsit ad rebellem ·aš-Šaibānium: Ego et tu similes sumus *lapidi et vasi vitreo*, ex quibus si ille in hoc cadit, comminuit illud, et si hoc in illum cadit, pariter P. ٣٣

1) [Plane mihi persuasum est, postquam diversitatem vidi quae in Cod. Par. offertur, nimirum ubi pro بالملك legitur فى الملك, veram lectionem non أعرق esse, sed أعرق: quae cum a librariis facillime in اعرف depravari potuerit, consequens simul fuit, ut pro فى in nostro Cod. solennis in constructione verbi عرف praepositio ب substitueretur. Quam vero unice huic loco congruat اعرق, apparebit per collatum locum supra editum p. ١. vs. 2 a f., et annot. 3 in p. 21. W.]

2) Idem dictum eidem Ċalifae tribuitur apud Herbel. in v. *Jezid Ben Valid.* [Vide etiam Abū'lfaragi *Hist. Dyn.* p. 211 vs. 3 a f. seq. Sunt vero haec verba, non *distichon*, uti scriptio eorum in Cod. Par. indicare videtur, sed *duo versus monostichi*, metri السريع, et sic ergo legendi:

انا ابنُ كِسْرَى وأَبِىْ مَرْوَانْ
وقَيْصَرٌ جَدّى وجَدّى خَاقَانْ

De hac illius metri specie vide Freytag. *Darstellung d. A. V.* p. 246 D.; et quod ad libertatem attinet ultimi pedis — — — etiam in ᴗ — — (et — ᴗ —) mutandi, conf. poemation ejusdem mensurae, quod exstat in Kosegartenii *Chrest. Ar.* p. 80 vs. 8—11 (in cujus *secundo* versu pro أَلْقَسْوَرْ substituendum أَلْقَسْوَرْ; in *tertio* pro أَنْشَا, أَنْشى; et in *octavo* pro طُعْمْ et أَلْمُنْفِرْ, طُعْمَ et أَلْمُنْفِرْ). Pro أَبِى, si ipsa pronominis affixi littera vocali instruatur, legi posse أَبِىْ, nemo facile addubitet, qui de formis أَبِيكَ, أَبِيهِ, caeteris, cogitaverit. W.]

3) Id est: *talem perfectionem cui nihil optandum supersit.*

4) Herbel., tam in loco supra laud. quam in v. *Ommiah*, per *sex* menses eum regnasse tradidit; sed vide Abū'lf. *Ann. Mosl.* T. I. p. 464, ubi *quinque mensium et 12 dierum* spatium definitum est.

illud frangit [1]. — Et lustravit extra al-Ḥtram copias suas, septuaginta millia Arabum, vectorum septuaginta millibus equorum Arabicorum. Deinde [2] dixit: Si constitutum spatium finitum est, nil juvet apparatus. Et dicebat: Recondidimus thesauros, sed nullum thesaurum invenimus utiliorem thesauro beneficii asservati in corde hominis ingenui.

Naçr ibn-Saijâr. Dixit: unaquaeque res initio parva est, deinde fit magna, praeter infortunium: hoc enim initio magnum est, deinde parvum fit; et unaquaeque res est vilis, quando multa est, exceptâ scientiâ quae ad humanitatem spectat: haec enim, quando multa est, magni est pretii [3].

Ibrâhîm ibn-Moḥammed, Imâmus. Dixit Abû-Moslimo: Sufficit externa actio tua pro indicio propositi tui. — Et ex iis quae locutus est, hoc fuit: Denuda crus severae operae [4], et indue tibi modo pellem ovium, modo pellem pardorum [5].

Abû-Moslim Çâḥibo-'d-daula [6]. Non superbit nisi homo vilis, neque gloriatur contra

---

1) Idem dictum, initio tantum sic mutato: انا وايّاك كالحجر والزجاجة (ergo plane eodem, quod in Par. Cod. hic offertur), eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 15 vs. 5 seq.). Quod ad diversitatem priorem attinet, haec nulla est (pro vulgari enim انا وانت etiam dici posse انا وايّاك, arguunt loci ex فتوح مصر, p. 87 vs. 3 et p. 102 vs. 13, item locus in Hamakeri annot. p. 52 vs. 3, et in Kosegartenii *Chrest. Ar.* p. 78 vs. ult.); posteriorem vero probandam esse putavi, quo magis appareret, Merwânem se cum lapide, adversarium vero suum, cujus perniciei nunquam studere non posset, cum vase vitreo comparasse.

2) Hoc ambiguo vocabulo tam significare potuit Ṫaâlibius, dictum illud a Merwâne post infelicissimam quae secuta est pugnam, quam statim post lustratum ab ipso exercitum, enuntiatum fuisse. Si prius voluit, convenit haec traditio cum eâ quae apud Herbel. in v. *Ommiah* offertur, ubi dixisse legitur: اذا تمّت المُدّةُ لم ينفع العُدّةُ. Si posterius, conferri potest infra p. ٢٨ vs. 1.

3) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 15 vs. 7 seqq.; ed. Cool. p. ٥ seq. n. ٣٣). Ibi pro ما خلا, ut in priori sententiâ, إلّا scriptum est.

4) *Denudare crus suum* ii dicuntur, qui ut expeditius movere se possint, vestem suam sursum trahunt. Vult igitur: *Severam operam quantum maxime possis intende.*

5) Freyt. in Lexico suo, in v. جلد, notavit proverbialem locutionem: البس له جلد النمر: in quâ interpretandâ tamen male illud البس pro perfecto 4ae formae habuisse videtur, non pro imperativo 1ae. Eundem errorem commisit Mangerus in annot. ad *Vitam Tîmûri*, T. II. p. 330: ex quo loco Freytagius eam dictionem sumsisse videtur, quam certe nec Ġauharius nec Fîrûzâbâdius, in v. جلد, commemoraverunt. De 4a formâ hic cogitari non posse, transitiva vis ejus (*induit* alium veste) satis demonstrat.

6) Consulto hunc titulum non interpretatus sum, quoniam maximopere dubito an recte se habeat. Vulgare cognomen illius fortissimi ducis est صاحب الدّعوة, sive القائم بالدّعوة, *assertor juris* (Abbâ-

alios nisi projecticius, nec cupide pro honore tribûs suae certat nisi qui advena in eam assumtus est. — Et dicebat: Acerrimus in pugnando is est, qui se defendit a vilitate patiendâ, aut qui tuetur religionis observantiam, aut qui zelotypus est de uxore. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Cave tibi a poëtâ: nam quaerit pro mendacio remunerationem. — Et dicebat: Concubitus est insania; ac *sufficit viro* [1] quod semel quotannis semet ipse insanum reddat.

Abû-'l-Abbâs 'as-Saffâḥ [2], primus Regum e stirpe Abbâsidarum. Quam dedeceret nos *ut bona mundana nos possideremus* [3], et amici nostri vacui essent a pulchris signis beneficentiae nostrae. — Et dicebat: Quando mansuetudo ad res corrumpendas ducit, ignoscentia est signum debilitatis. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Quando magna est potentia, parvus est (utpote obstaculis non irritatus) appetitus [4].

Abû-Ǵa'far 'al-Manṣûr. Maximum onus quotidiani victûs praebendi is inter homines sustinet, qui plurimum inter eos generositati studet [5]. — Et quum aliquis ei libellum sup-

---

sidarum), ut apparet ex. gr. ex Herbelot. in v. *Abou Moslem*, et ex vitâ ejus, ab Ibn-Ćallic. traditâ n. 382, ed. Wüstenf. Fasc. IV. p. ٧. seqq., Slanei I. 3 p. ٣١٣ seqq. Credo igitur, etiam hic pro الدولة restituendum esse الدعوة, sive is error ipsi Ta'âlibio, sive veteri scribae, tribuendus videatur. Si tamen, quod nunc et in nostro et in Par. Cod. exstat, صاحب الدولة, etiam apud alios auctores reverâ offendi appareret, in hunc sensum accipi posset: *Socius, primarius assecla, domûs regiae* (*Abbâsi*darum).

1) Lectionem, in Cod. Par. oblatam, editae praeferendam duxi: quanquam haec etiam, tum quod ad usum *perfecti* temporis, tum quod ad constructionem verbi كفى cum ب illius, *cui* res (cujus malum *in ipso corpore* sentiatur) sufficiat, facile defendi posset. Vide locum in Freytagii *Selectis ex historiâ Halebi*, p. 141 vs. 10.

2) In hac versione cognomina, quae proprie nomina appellativa essent, Latine interpretatus sum; sed quum Abbâsidae omnes cognomen haberent, quo proprii nominis loco appellitarentur, haec integra servanda putavi.

3) [Lectio, in Par. Cod. oblata, mihi exprimenda visa est, ita ut accusativus qui post formulam admirationis sequatur, non sit الدنيا, sed tota ea sententia cui ab initio أن praefixum est. — Uti vero supra verbum حَسُنَ cum ب illius, *quem* res deceat, construi vidimus (p. ١٣ vs. 2 et p. ١٩ vs. 18), ita rationi consentaneum est, ut Arabes etiam dixerint يَقْبُحُ به ذلك, *dedecet eum illud*, et in admirationis ergo formulâ: ما أَقْبَحَ ذلك به. W.]

4) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 16 vs. 2 seq.).

5) Vox مُؤُونَة significat *curam victûs* aliorum (conf. libri كليلة ودمنة p. ٢٢٥ vs. 6): de voce مُرُوَّة conf. supra p. 19 ann. 3. — Vult igitur, *generosum hominem saepe plures habere quos alat, quam numerosissimae patrem familiae.*

plicem porrexisset, in quo quereretur de quodam ex praefectis ejus, scripsit (ad hunc) in dorso illius libelli: Suffice mihi in causâ hujus hominis; sin minus, ego illi sufficiam in causâ tuâ [1]. — Et ad alium (praefectum simili modo) scripsit: Multi jam fuerunt qui de te quererentur, pauci vero qui tibi gratias agerent: quare aut necesse erit ut justus fias, aut ut removearis. — Rarissimum est ut erga benefactorem hoc (bene habitis) officium incumbat, ut ne ipso beneficio ejus se corroboreut in rebellione adversus eum [2].

Al-Mahdî. Quum Sâlim ·ibn-Qotaiba veniam ab illo petiisset osculandae manûs ipsius, respondit: Nos eam servamus ab aliis quam te, te vero servamus ab illâ [3].

---

1) Id est: *Occurre querelis hujus viri; sin minus, curabo, ut a te non amplius vexari possit.* — Idem vero narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 16 vs. 8 seqq.), ubi tantum omissa sunt verba على ظهرها, et pro امره legitur امر هذا الرجل.

2) [Spectatur, credo, hoc dicto mira *Dei* benignitas, qui vel malevolis quotidie benefaciat, eàque vitae supellectile omnes instruat, quà, si velint, etiam ad pravitatem suam persequendam turpiter abuti possint. Vult ergo: *Sanequam singularis et in solo Deo conspicua est talis beneficentia, quae bene habitis necessariam reddit cautionem, ne continuatâ gratiâ ad continuandam rebellionem se muniant.* Sensus hujus effati praesertim pendet a bene intellectâ vi praepositionis ل post verbum وجب, quae hoc uno loco libri كليله ودمنه, p. ١٥ vs. 6: فيما يجب للمولى على الحكماء, *in iis quae Sapientibus erga Regem incumbunt*, satis illustratur. — Vides autem e p. ٥٩ vs. ult. et p. ٦٠ vs. 1 seq., hoc dictum in Cod. Par. non ·al-Mançûro tribui, sed *primum* esse quod ibi ·al-Mahdio adscribatur. Ac difficile quidem est, de tali diversitate absque aliorum Codicum auxilio judicare; sed maxime tamen animadvertenda est absentia solennis formulae وكان يقول, sive ومن كلامه, quam ante ea verba, ut in *nostro* Cod. posita sunt, nemo non exspectasset, quum contrà ex more scriptoris *primo* cuique dicto nulla talis formula praemittatur. Hac ergo de causâ non dubitarem, Par. Codicem hic melius quam nostrum se habere, si modo ex varietate lectionis, ut a Slaneo mecum communicata est, simul appareret, in illo Codice pro استاذنه (in vs. 20) واستاذنه offerri. Fieri potest, ut revera ibi sic scriptum sit; sin minus vero, hoc conjicerem, verba illa اقلّ — معصيته non ab ipso Taalibio profecta, sed in margine ab alio quoquam addita, et deinde a diversis scribis in diversos locos textûs recepta esse. — Caeterum, quae in Par. Cod. inter capitula de ·al-Mançûro et ·al-Mahdio interposita sunt, hunc sensum habent: *Abdo'llâh ·ibn-Alî. Postquam Merwân ·ibn-Mohammed ad desperationem vitae suae adductus erat, scripsit ad illum epistolam, quâ commendabat curae illius uxores suas. Rescripsit ei haec: Aequali jure debetur nobis sanguis tuus et incumbit nobis cura uxorum tuarum.* W.]

3) Idem de iisdem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 17 vs. 3 seqq.; ed. Cool. p. ٩ n. ٣٤): ibi vero, post يده, haec quibus Sâlim usus sit verba adduntur: فقال يا امير المومنين يدك احقّ بالتقبيل لعلوّها فى المكارم وطهورها من المآثم; tum quoque in Califae responso post فقال

Mûsâ ·al-Hâdî. Admonuit ʾIbrâhîm*um* Harrân*ensem*, ut patienter ferret mortem filii, his verbis: Num tibi laetitiam facit (mundi) tentamen, et moerorem tibi concitat (Dei favor et misericordia [1]?

Hârûn ·ar-Rašîd. Dixit ʾIsmâʿîlo ·ibn-Çobaih (?): Cave tibi a celebritate: ea enim depravat necessitudinem et rumpit clientelam [2]; ansaque ea exstitit exitii Barmak*idis* illati. — Et quum scripsisset illi Nicephorus, Imperator Byzantinus, minaces literas, rescripsit in ipsâ epistolâ ejus: Responsum est id quod videbis, non quod leges [3]. P. ٣٥

Moḥammed ·al-Amîn. Quum obsidione cingeretur ac simul contra eum tumultuarentur milites ipsius, accidit matutino tempore diei cujusdam, ut ab unâ parte audiret clamores obsidentium, et ab alterâ clamores tumultuantium. Tunc ille, Exsecretur, inquit, Deus agmen utrumque: quod ad alterum attinet, quaerit sanguinem meum, et quod ad alterum, quaerit opes meas [4].

ʾIbrâhîm ·ibno-ʾl-Mahdî. Dixit ·al-Mamûno: O Princeps credentium! culpa mea major est quam ut ulla excusatio *eam inclusam teneat*, et ignoscentia tua major est quam ut ulla culpa ei magnitudine par sit — Et dixit scribae suo: Nulla familiaritas ei est [5], qui agresti sermone hominum animos a se alienat.

---

inseritur يا ابن قتيبة, ipsaque ejus verba ita inter se transponuntur, ut hoc etiam loco in Cod. Par. se offerunt.

1) [Structura verborum ea est, ut idem plane sensus sic exprimi potuisset: أَيَسُرُّكَ شَيْءٌ هو فِتْنَةٌ وَيَسُوءُكَ شَيْءٌ هو صلاةٌ ورحمةٌ. Evidens est, hoc eum voluisse: *Num tu mundi miseriam anteponis Dei favori? Et num igitur filium tuum adhuc vivere in terrâ, nondum apud Deum esse, tu velles?* W.]

2) Id est: *Celebritas, quum invidiam pariat, fautores et patronos alienat.*

3) Eadem res narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 18 vs. 3 seq.; ed. Cool. p. ٧ n. ٣٩), ubi pro فى كتابه legitur فى ظهر كتابه. Conf. etiam ʾAbû'lf. *Ann. Mosl.* T. II. p. 84 seqq., quo loco pro ما تقرأه offertur ما تسمعه.

4) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 19 vs. 11 seqq.), ubi pro تشعّب legitur شغب, pro فسمع, وهو يسمع, pro الشاغبين من ناحية, جيشه لطلب الأرزاق من الاخرى, ac denique post مالى additur hoc comitum responsum: فقال اصحابه ما أصبح اميرَ المومنين فى السّرّاء والضّرّاء, *et dixere comites ejus. Quam assolet Princeps credentium matutinos potus praebere, in statu laeto non magis quam in calamitate!* Ironice diras illas preces *potum* dicunt, mane isto praebitam.

5) [I. e.: *Nulli consuetudini et familiaritati idoneus habetur.* — Est vero haec opportunitas corrigendi errorem, qui in Freyt. Lexicon irrepsit. Nimirum pro infinitivo verbi أَنِسَ ibi offertur forma

Al-Ma-mûn. Quam divina est calami virtus, ut texit pictam vestem regni [1]! — Et dicebat: Laude ornare meritis majori, est adulatio; et minorem quam pro meritis tribuere, est aut facundiae defectus aut invidia. — Et dicebat: Pulcherrimus sermo is est, qui tempori congruit. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Consessus ad potandum institutus, est stratum quod complicatur simul ac finitus est [2]. — Item hoc ejus dictum: Mulieres totae quantae malae sunt; et pessimum in iis hoc est, quod parum careri iis possit. — Et dixit: Bona mundana haud alio consilio quaeruntur, quam ut possideantur; at quando in possessionem venerunt, dentur aliis. — Item hoc est dictum ejus: Propinqui hominis eodem loco sunt ac crines in corpore ejus: quippe inter hos sunt qui detondentur et removentur, et sunt qui coluntur et in honore habentur [3]. — Item hoc: Animus sane taedium capit quietis, uti taedium capit lassitudinis. — Et loquens de progenie Alíi-ibn-abí-Tálib, quorum utrumque [4] Deus gratum habeat, dixit: Omnem impenderunt operam moderandis rebus quae ad vitam futuram spectant, et exclusi sunt a moderamine vitae praesentis [5].

أُنْسٌ, quae sine dubio vitiosa et in أُنْسٌ mutanda est. Arabes plerumque scribunt in perf. أَنِسَ, imperf. يَأْنَسُ, infinit. أُنْسٌ et أَنَسَةٌ; sed recepta tamen etiam est in perf. forma أَنَسَ, et ab hac ducitur infinitivus أُنْسٌ. Res apparet ex his verbis, quae in Ǵauharíi Lex., in fine art. de r. انس, exstant: قال (الاخفش) والأَنَسُ ايضا خلافُ الوَحْشَة وهو مصدرٌ قولك أَنِسْتُ به بالكسر أَنَسًا وأَنَسَةً وفيه لغةٌ اخرى أَنَسْتُ به أُنْسًا مِثَال كَفَرْتُ به كُفْرًا. W.]

1) I. e.: *ut (per scripta virorum in literis et humanitate excellentium) Regis aetatem illustrat et nobilitat!* Simile dictum vide infra, p. ٣٧ vs. 1 seq. — Vocula كيف eandem hic vim habet, quae post verba *admirandi* ei subest: ut ex. gr. in loco libri كليلة ودمنة, p. ١١٥ vs. 14 seq.: إنّ مِنَ العَجَبِ كيف يَطْلب الرجلُ رِضًا صاحبه الخ. Vide etiam infra, p. ٣٣ vs. 5.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 20 vs 11). Vult: *Talis circulus, in quem bibendi tantum causâ (non ad suaves jocos utilesve sermones) convenitur, si quam delectationem praebet, certe haec non ultra pertinet quam ad ipsum consessûs finem.*

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 20 vs. 12 seq.; ed. Cool. p. ٧ n. ٢٧), ubi pro اقرباء المرء legitur قُرَباء الرجل, pro على, من, at ultima verba sic inter se transponuntur: فمنه ما يخدم ويكرم ومنه ما يحفى وينفى.

4) Hoc, si ab ipso Ṫaâlibîo scriptum est (et certe tam in Par. quam in nostro Cod. offertur), errori tribuendum videtur. Conf. supra p. ١٠ vs. 4 et p. 37 ann. 4.

5) [Verbum أَقْبَلَ cum لِ rei constructum, a Firûzâbâdîo explicatur verbo تفرّغ, *omnem operam rei*

Abdo'llâh ·ibn-Tâhir. Non decet Regem injustum esse, quum per ipsum repellenda sit injuria; neque avarum esse, quum ab illo exspectetur liberalitas. — Et dicebat: Qui intrat ad Reges, intret coecus et exeat mutus. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Pinguedo crumenae et nobilitas famae non una conveniunt [1].

Al-Mo'taçim-bi'llâh. Quando indulgetur cupiditati, cassum est consilium. — Et P. ٣١
postquam dejecerat ·al-Faḍl*um* ·ibn-Merwân, dixit: Rebellis fuit in Deum dedignandâ obedientiâ mei [2]: quapropter Ille absolutum mihi arbitrium in eum concessit. — Et quum apud eum de superbiâ loquerentur, dixit: Portio illius qui istâ laborat, a parte Dei est odium, et a parte hominum exsecratio.

Al-Wâtiq-bi'llâh. Intravit aliquando ad eum Hârûn ·ibn-Zijâd, quo puer magistro usus erat, ac summam dedit operam honorifice eum excipiendo. Postquam vero exierat, dictum ei est: O Princeps credentium! quis hic est, quem tu dignum habuisti hac tantâ reverentiâ? Respondit: Ille primus est qui teneram informavit linguam meam ad Dei laudationem [3], et (per virtutis studium) propiorem me ad Dei misericordiam adduxit. — Et dicebat de musicâ: Jam laudaverunt eam veteres, et dilexerunt eam Socii Legati Dei, cui Deus benedicat et faveat, et frequens fuit inter illos qui secesserunt cum Legato Dei, cui Deus benedicat et faveat, atque inter uxores ejus et in cubiculo ejus.

Al-Motawakkil-'ala-'llâh. Dicebat: Ego sum Rex hominum, et rosa est Regina

---

adhibuit; quod vero in Par. Cod. pro اثروا offertur (ابدلوا), nudum esse mendum videtur. Sequens verbum in textu edito vitiose scriptum est وحرموا (in ipso Cod. وَحَرَّمُوا): sine dubio pronuntiandum est وحُرِمُوا, ita ut commodus ille sensus exsistat, quem jam vertendo expressimus. Dicit ·al-Mamûnus, cujus favor et studium erga Alidas notissima sane res est (conf. Herbel. in v. *Mamon*): *Omnem illi operam, inde ab Islâmi initiis, religioni et rebus quae ad vitam futuram spectant curandis dicaverunt, et, mirum dictu! a Moslimis exuti sunt regimine vitae praesentis.* W.]

1) Idem dictum in libro لطائف الصحابة (MS. p. 22 vs. 3 seq.) tribuitur 'Obaido'llâho ·ibn-Abdi'llâh ·ibn-Tahir; sed conf. Index in v. عبيد الله.

2) Propria verborum vis est: *Rebellis fuit in Deum quod attinet ad obedientiam mei.* Conf. infra, p. ٢٨ vs. 15 seq.

3) [Dictio فتّقه بكذا elliptica est et sic supplenda: فتّقه فجاء بكذا, *fidit eum* (imagine sumtâ a semine) *ita ut* (germinis instar) *hoc illudve proferret.* Conferatur locus ex Kosegartenii *Chrest. Ar.*, p. 130 vs. 1 a f. seq.: فهى (عزّة الميلاء) اوّل مَنْ فتّق اهل المدينة بالغناء وحرّض نساءهم ورجالهم عليه; et vide etiam ibid. p. 53 vs. 5, et libri كليله ودمنه p. ٢١ vs. 3. W.]

herbarum fragrantium: uterque igitur nostrum maxime convenit alteri [1].

Al-Fath ·ibn-Châqân. Dixit aliquando Ibn-Hamdûno: O Abû-Abdi'llâh! palatium meum ingresso, obvism mihi venit puella mea, quam osculatus, talem in corpore ejus aërem inveni, in quo si dormiret temulentus, sane crapulam exhalaret [2].

Ishâq ·ibn-Ibrâhîm ·al-Moçabî. Dixit aliquando: Alchymia [3] Regum est florens (terrarum suarum) conditio; nec decet eos mercaturam facere. — Et dicebat: Delectatio mundi sita est in opum amplitudine et in tranquillitate.

Mohammed ·ibn-Abdi'llâh ·ibn-Tâhir. Non juvant praedia [4] et gravitas: vita jucunda tantum est cum levitate [5]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Naturae *ingenuorum hominum*, non gemmae ad lapidum genus pertinentes, (in pretio habendae sunt).

Tâhir ·ibn-Abdi'llâh ·ibn-Tâhir. Familia quando numerosa est, sunt inter eos ornamenta et sordes [6]. — Et ex *rescriptis* ejus hoc fuit: Consta in integritate: sic tibi constabit praefectura.

P. ٣٧ vs. 20 [7] 'Obaido'llâh ·ibn-Abdi'llâh ·ibn-Tâhir. Compotorem eum excepit (Abdo'llâh) ·ibno-

1) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 23 vs. 1 seqq.; ed. Cool. p. v n. ٣١), ubi pro الناس legitur السلاطين, et pro وكلّ واحد, فكلّ.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 23 vs. 8 seqq.), ubi tamen Ibn-Hamdûni nomen non expressum est, sed pro يوما — الله legitur لاحد يا فُلانُ, et porro pro جارية, جاريتى, ac pro فيها, فى فَمِها, *in ore ejus*.

3) Id est, *ars auri faciendi*, sive, quod hoc loco metaphorâ illâ expressum est, *via quâ ad opes et potentiam venitur*. — De constructione verbi حسن cum ب pers. vide supra, p. 25 ann. 6.

4) Quod ad universam horum verborum structuram attinet, conf. supra p. ٣٣ vs. 7. Vocem عَقَار vero *collectivo* sensu *bona immobilia*, et maxime *fundos sive praedia*, significare, apparet ex. gr. ex Kosegart. *Chrest. Ar.* p. 5 vs. 6 a f., et Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ١١. vs. 8.

5) Similia his posterioribus verba infra exstant, p. ٤٣ vs. 15.

6) Evidens est, formam عُرَر esse pluralem, ab عُرَّة ductam.

7) [Temporis ratione habitâ, nulli dubio obnoxium esse potest, quin ordo, quem ex p. ٦. vs. 16 seqq. apparet, hic in Cod. Par. offerri, omni ex parte probandus; quem autem ex nostro Cod. in edito textu secuti sumus, plane perversus et turbatus sit. Quapropter necesse etiam duxi, ut verus ille ordo in interpretatione exprimeretur. Aliud ejusdem rei exemplum infra offenditur, p. ٤٢ vs. 14 — p. ٤٣ vs. 15; et utrumque facillimum explicatu est, si sumseris, errorem inde ortum esse, quod duo separata folia, quae continuo se invicem exciperent (duaeve unius folii paginae), male inter se transposita jacerent in illo Codice, ex quo nostrum exemplum (aut jam antiquius, ex quo hoc fluxerit) descriptum sit. W.]

'l-Mo'tazz-bi'*llâh*, eique audiendum praebuit cantum puellae. Tum dixit illi: Qualis tibi videtur cantus ejus, o Abû-Ahmed? Respondit: O Princeps credentium [1] portio admirationis quâ me afficit, major est quam portio incitationis quâ ad hilares motus me adigit [2]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: In omni re excessus est qui ingratus habetur, vel in ipsâ generositate. P. ٢٨

AL-MONTAÇIR-BI'LLÂH. Per Deum! abjectus non est vir frugi, etiamsi totus mundus alvum evacnet in manus ejus; neque honoratus est vir nihili, etiamsi oriatur e latere frontis ejus luna [3]. — Et dicebat: Fata ferunt contrarium opinioni.

---

1) Ex hac augustâ appellatione, si recte se hoc loco habet, necessario efficiendum est, rem hic narratam accidisse brevissimo illo *unius diei et noctis* intervallo, quo is Abdo'*llâh* ibno-'l-Mo'tazz Califatûs honorem gessisse legitur. Conf. Abû'lf. *Ann. Mosl.* II. p. 302 vs. 10, et Ibn-Callicân in vitâ ejus, ex edit. Wüstenf. Fasc. IV. p. ٣٠ vs. 7, Slanei T. I. S p. ٣٤٣ vs. 10.

2) [Secundum alteram traditionem, quae prius in Cod. Paris. expressa est, hoc dixit: *portio admirationis quâ me afficit, major est quam portio delectationis quam mihi affert.* Nimirum, uti passivum 4ae formae, أُعْجِبَ, cum من constructum, significat *admiratione* illius *captus fuit*, cum ب vero *delectatus* illo *fuit* (conf. libri كليلة ودمنة, p. ٨٩ vs. 9 et p. ١٥٩ vs. 5), ita hoc loco idem significationis discrimen inter العَجَبُ منه et العَجَبُ به observandum est; vide quoque libri laud. p. ٩٣ vs. 9. Manifestum ergo est, ex utrâque traditione sensum verborum plane eodem redire. W.]

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 24 vs. 8 seqq.), ubi tamen pro على يديه scriptum est عليه, pro ولا (contra linguae usum) وما, et in fine pro القمرُ, القمرانِ, id est, *sol et luna.* [In eodem illo loco ad verbum اصفق recentior manus hanc Persicam glossam adscripsit: الاصفاق اتّفاق كردن, *verbum* اصفق *significat* consentire. Et vero notum est, Arabice dici: اصفق على ذلك, *consensit in eam rem*, *convenit de eâ*; at maxime tamen dubito, an اصفق عليه etiam eo dicatur sensu, ut significet (quod hoc loco necessarium foret): *conspiravit in illum.* Quo sumto, explicabilis quidem esset lectio quae *ibi* offertur (وان اصفق العالم عليه, *etiamsi totus mundus in illum conspiret*); nequaquam vero ea quae *hic* in nostro Cod. exstat (وان اصفق العالم على يديه). Accedit, quod nemo non videat, *figuratae* dictioni, quae in opposito sententiae membro adhibita est (*etiamsi luna ex illius fronte oriatur*, pro *etiamsi omni qui cogitari possit splendore instructus sit*), pessime in hoc priori membro congruere *propriam* illam et satis languidam dictionem, وان اصفق العالم عليه. Haec igitur consideratio mihi textum edenti jam persuasit, pro اصفق scribendum esse اصْفق, *alvum evacuavit*, ita ut et in utroque membro acris se figura offerret, et eodem plane sensu tam عليه quam على يديه legi posset. Codex Paris. hanc conjecturam confirmasse videtur; certe Slaneus, qui punctorum quoque absentiam accuratissime nobis indicavit, ad illud verbum nullam diversitatem adscripsit. Unum tamen est, quod putari possit pro-

Al-Mostaïn-bi'llah. Quum (Califatu) motus et ad eum introducti essent Judices et Tabelliones, ut de illo testerentur, sumsit Ibn-abi-'š-Šawārib libellum abdicationis, dixitque illi: O Princeps credentium! testor te comprobare id quod hoc libello continetur. Cui ille, Non refragor [1], inquit. *Tum alter* [a]*:* Propitius tibi sit Deus, o Abū-'l-Abbās!

positae emendationi officere: nimirum 1ª quidem forma صفق in 'al-Qāmūso id quod dixi significare legitur (صَفَقَ, وضع ذا بَطْنِه بمرّة, *dejecit quod in alvo habebat uno nisu*); at 4ªᵉ formae nulla ibi mentio facta est. Peropportunus sane hic locus foret, de origine et propriâ vi illius 4ªᵉ formae exspatiandi; ne vero longus sim, intra haec pauca me continebo: 4ª forma in Semiticis linguis ita plane ex 1ª orta est, uti ex *Πλάτων* أَفْلاطون, et ex צְפָנְיָה (צְפָנְיָה) *Hispania*, exstitit: initio igitur *nullum* significationis discrimen inter utramque fuit, et illa maxime in iis verbis usurpata est, quae e litterâ sibilanti inciperent aut a tali quae non facile cum semivocali proferretur. Coepta tamen deinde est illi formae, utpote *quatuor* litteris constanti, *major* quaedam et *intensior* vis quam 1ªᵉ affingi; et haec intensior vis, prorsus ut in 2ª formâ, per progressionem satis facilem explicatu (nam qui vehementer flet ridetve, alios ad fletum aut risum adigere solet), in *transitivam* potestatem abiit. Hinc perspicuum fit, cur et in Hebraeâ linguâ, et in Arabicâ, Syriacâ, caeteris, tot verba, quae a sibilanti (aut etiam ex. gr. quae a ر) incipiunt, adhuc in 4ª formâ plane idem quod in 1ª significent; nec mirum igitur, si صفق quoque ingenti eorum numero accensendum est. Abstineo ab exemplis citandis, quae quidem cuique in Lexicis prostant; unum tamen propter significationis convenientiam indicabo, nempe ورض sive ورّض, *alvum dejecit uno nisu*, pro quo, sine ullo sensûs discrimine, etiam in 4ª formâ أورض sive أورّض dicitur. — Quod ad ذو حَقّ et ذو باطل attinet, vis eorum satis accurate, credo, Latine expressa est: alterum significat talem virum, *qui vere magnus est et vera merita habet;* alterum talem, *qui meritorum expers est et cujus splendor nudâ specie continetur*. Conf. p. ١٧ vs. 14. W.]

1) [Vox بَلَى, quae proprie idem significat quod Hebraïcum בַּל, *non*, tunc ab Arabibus usurpatur, cum ajendo respondent ad talem sententiam, quae *negativâ* formâ expressa est. Sic, ubi quis rogatus est: الم تَسْمَعْ, *an non audivisti?* respondet: بَلَى, *contrarium*, id est, *audivi;* et si dictum ei est: ليس ذلك عليك, *non incumbit tibi illud officium*, similiter respondet: بلى, *sane vero incumbit* (conf. 'al-Qor. II. 75, 262, III. 70 caet.; libri كليلة ودمنة, p. ٣١٨ vs. 7; Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ١٢٥ vs. 1 e f.; Koseg. *Chr. Ar.* p. 15 vs. 5, p. 25 vs. 7; Cool. p. ١٥ n. ٧٧). Contrà, si ajendo respondetur ad talem sententiam, e quâ et sensus et forma negandi absunt, solennis quâ utuntur particula نَعَمْ est. Hic ergo, cum nulla negatio antecesserit, exspectasses Califam respondisse: نَعَمْ, *comprobo*. At, nisi fallor, contra morem ideo dixit بلى, ut videretur respondere, non ad durius illud: *Testor te comprobare*, sed ad mitius: *Testor te non refragari*, sive *te non recusare*. W.]

Ad haec lacrymas effudit al-Mostaïn, et dixit: O Domine mi! si me movisti Vicariatu Tuo [2], ne moveas me misericordiâ Tuâ.

Al-Moʿtazz-bi'llâh. Quum (Califatu) motus et ad eum introducti essent Tabelliones, dixit: Nequaquam gratulor adventum his faciebus, quae non conspiciuntur nisi tempore eclipsis. — Et quum venisset ad illum mater ipsius [2], instigans ut vindictam sibi sumeret a Turcis, qui occiderant patrem ipsius al-Motawakkilum, ac protulisset illa hujus tunicam sanguine ejus cruentatam, dixit illi: Tolle hanc; sin minus, ex unâ tunicâ duae existent [3]. Quo audito, postea non rediit [4].

Al-Mohtadi-bi'llâh. Quum eductus esset ut inaugurararetur, necdum se abdicasset al-Motazz, dixit: Non una esse possunt duo leones in saltu, neque duo admissarii in agmine asinarum. — Ac dixit aliquando: Opem fer ad bonum faciendum: sic eris incolumis; et ne evertas illud: sic poeniteret te. Et quum diceretur illi: Hoc distichon est [5]; respondit: Per Deum! nescienti mihi excidit.

Al-Moʿtamid-ʿala-'llâh. Qui notus est tanquam mansuetus, multa est in illum audacia. — Et dicebat: Non obediens Deo est, qui Principi suo non paret.

Al-Mowaffaq. Quum intrasset al-Baçram eamque circumiisset [6] et vidisset altitudinem domuum Mohallebidarum eorumque palatia, dixit: Verax fuit al-Farazdaq quum diceret: Mohallebidae sunt Qoraishitae al-Jemanis. Et haec enim sunt habitacula gentis, de cujus celsitudine et principatu testantur.

Al-Moʿtaḍid-bi'llâh. Ego, per Deum! non credo mundum sufficere ad integra ex-

---

2) [Sine dubio hic recte in Cod. Par. قال interpositum est, ut Califa nihil aliud quam بلى responderit, et sequentia خار — العباس sint Ibn-abi-'l-Šawāribi. Ex Abû'lf. *Ann. Mosl.* II. p. 208 vs. 6 certum est, al-Mostaïno praenomen fuisse Abû-'l-Abbâsi; et sane significantissime Judex ille hunc, quem modo adhuc augusto nomine *Principis credentium* appellaverat, jam utpote privatum hominem simpliciter Abû-'l-Abbâsum vocavit. W.]

1) Conf. supra p. 41 ann. 3.

2) Potest hic quidem ex Cod. Par. nomen *Qabîḥa* addi, quod matri ejus fuisse aliunde constat (conf. Abû'lf. *Ann. Mosl.* II. p. 224 vs. 3 et p. 226 vs. 6 seqq.); sed abesse non potest محنتة, nisi pro antecedenti وحصرته substituas e libro لطائف الصحابة (in loco mox laudando) وحرّضته.

3) Id est: *divellendo eam perdam.*

4) Idem narratur, sed magnam partem aliis verbis, in libro لطائف الصحابة (MS. p. 24 vs. 10 seqq.; ed. Cool. p. ٨ n. ٣٣). Pro وحرّضته, quod Coolius edidit, in ipso Cod. وحرّضته scriptum est.

5) Nempe metri المُجْتَثّ.

6) Verbum طاف cum accusat. quoque construi, non notavit Freyt. in Lex. Vide tamen etiam ألف ليلة وليلة, ex edit. Habichti, T. I. p. ٧١ vs. 5, et Cl. Rutgersii *Hist. Jem.* p. 150 vs. 3.

plenda ea quae animi mei propositum et generositas mea [1] requirunt. — Et dicebat: Nullus mihi hostis egreditur e carcere meo, nisi ad sepulcrum suum. — Et dixit Ahmedi ·ibno-'l-Taijib: O Saracsensis! mens tua brevitate, lingua vero tua longitudine laborat [2].

'Amr ·ibno-'l-Lait. Aves ope avium capiuntur, et pecunia ope pecuniae acquiritur, et
P. ۲۱ homines per homines propensi redduntur. — Et dicebat: Iter fac cum camelario decrepito: qui si valide impellat (camelos, id ipsum erit quod voles); sin minus, rectam certe viam ostendet. — Et dixit de Rāfio ·ibn-Hartama: Similis ille lupo est: si praevalere se sentit, irruit; et si petitur, aufugit.

P. ۲۱ Ahmed ·ibn-Tūlūn. In pace haec bona sunt, quod fata procrastinat, et res speratas ad
vs. 19 effectum adducit, facitque ut opes fructus ferant.

'Ismā'īl ·ibn-Ahmed. Sis 'Içāmo similis (qui suis se meritis extulit); ne vero sis magnorum virorum soboles (ut horum, non tuâ, gloriâ splendeas) [3]. — Et postquam potitus erat 'Amri ·ibno-'l-Lait, dixit [4]: Mane fuit Princeps, et vesperi evasit captivus. — Et puerum describens, dixit: Hic idoneus est lecto et ludicrae conflictioni [5].

P. ۲v Al-Moctafi-bi'llāh. Loquens de Wezīro suo, ·al-Qāsimo ·ibn-'Obaidi'llāh, dixit: Ille est columen imperii mei, et calamus ejus conserit monile regni mei [6].

Al-Moqtadir-bi'llāh. Dicebat: Non possessores mundi nos fecit Deus, ut nostram

---

1) De vi vocis مروءة vide supra, p. 19 ann. 3.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 25 vs. 10 seq.), ubi pro ابن الطيب male ابن ابى الطيب scriptum est, et porro pro انّ legitur انّى ارى, ac sequentia inter se transposita sunt.

3) Hoc dictum commemoratum est a Freyt. in Lex., in vv. عصامى et عظامى, qui citavit quoque Hariri locum, ex edit. Sacyi p. ۲٥٨, ubi praesertim scholion conferatur. Vide praeterea Wilkenii librum: *Mirchondi Hist. Saman.*, p. 24 vs. 1 seqq. (quem locum Wilken. male interpretatus est), et Freyt. *Ar. Prov.* T. II. p. 745 seq.

4) In Cod. Par. legitur: *ex ipso proelii loco ad ·al-Mo'tadidum scripsit:* cet.

5) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 26 vs. 3 seq.), ubi tamen haec paullo diversa exstant: عُرِضَ عليه غلامٌ أمرَدُ فقال يصلح للفراش والهراش. Et in nostro quoque loco prius والهراش scripsisse videtur librarius, deinde vero, se corrigens, erasâ literâ ا, substituit وللهراش. [Vox illa هِرَاشٌ, quae proprie *mutuam irritationem* significat, inprimis usurpatur de *ludicris amantium inter se pugnis et conflictionibus.* Conf. libri الف ليلة وليلة, ex ed. Habichti, T. I. p. ٩۴ vs. 1 et p. ١٩١ vs. 8, atque Harir. p. ٣٣٠ vs. 1. W.]

6) Vide supra ad p. ۲٥ vs. 9.

ipsi de eo portionem missam faceremus [1]; neque amplitudinem nobis largitus est, ut in angustiâ teneremus eos, qui in tutelae nostrae umbrâ versantur [2].

Abdo'llâh ibno-'l-Mo'tazz. Inter breves sententias ejus hae fuere: *Incolae* mundi sunt ut imagines in folio (pictae), quarum si alterae (folio verso) complicantur, explicantur alterae. — Quando saepe ad te venit nuntius mortis (aliorum), *surgit* idem nuntius ad tuam mortem pervulgandam [3]. — Qui casibus adversis non obvius occurrit, huic obvii occurrunt ipsi illi. — Aut pauperem te reddit filius (si omnia concedis quae rogat), aut infestus tibi est (si recusas). — Reorea opes avari nuntio inopinati casûs (quo dilabuntur), aut haeredis (ad quem transeunt) [4]. — Qui fidelis est in ministerio praestando, ei fidelis est compensatio. — Incolae mundi sunt ut homines nave lati, qui provehuntur dormientes. — Qui cupit in vitâ manere, praeparet adversis casibus cor patiens. — Inter mirabilia mundi hoc est, quod deflet quem sepelit, et humum conjicit in faciem ejus quem in honore habet. — Tantum largire illi quem in praefecturâ collocaveris, ut necesse non habeat furari: et vero enim tibi non sufficiet is, cui tu non suffeceris. — Mors est sagitta ad te emissa, pro longitudine cujus itineris vitae tuae spatium durat. — Sufficit tibi poena, quam invidus per semet ipse patitur. — Non delectabitur te invidus, donec moriaris.

Al-Qâhir-bi'llâh. Quis emit invidos meos securitate bajuli, et comitatum meum statu tranquillo hominis infimi? — Et dicebat: Qui bonum facit aut malum, incipit a se ipso.

Ar-Râçi-bi'llâh. Dicebat: Qui quaerit honorem immerito, obtingere ei facit Deus ignominiam merito [5]. — Et dicebat sodalibus suis: Edite mecum sicut ego velim, quod ad praestantiam (ciborum); et bibite sicut ipsi velitis, quod ad multitudinem aut paucitatem (potûs) attinet.

Naçr ibn-Ahmed. Dixit aliquando Abû-'t-Tajjibo Tâhiri*dae*, qui solebat Sâmâni*das*

---

1) Id est: *ut nihil nobismet ipsi de bonis ejus reservaremus.*

2) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 26 vs. 9 seqq.).

3) [Sine dubio hic Codicis Par. lectio sequenda est, pro قَلّ offerentis قام: sic enim et sententia dicti perspicua est (*quando multi ex aequalibus tibi morte praerepti sunt, memor esto, tuam quoque mortem instare*), et optime verbo isti قام sequens بكى congruit. Vide distichon 'Ibn-Zeiduni, a me editum in *Spec. Crit.* p. 45 vs. 1, in cujus fine similiter legitur: قام بنا للنعيّ ناعينا, *extemplo surrexit nobiscum* (i. e. *ad obitum nostrum pervulgandum*) *nuntius mortis nostrae.* W.]

4) Eandem sententiam, nomine 'Ibno-'l-Mo'tazzi adscripto, Meidânius tradidit (pro البخيل tamen الشحيح offerens): vide Freytag. *Ar. Prov.* I. p. 204. Inter Mohammedis dicta, cui in margine Codicis nostri accepta refertur, certe a Meidânio non recensita est.

5) De vi vocabulorum باطل et حقّ conf. supra, p. 52 ann. 3 in fine.

satyris insectari: Quousque, o Abū-'t-Taijib! edes panem tuum cum carne (aliorum) hominum [1]?

Al-Hasan ·ibn-Alī, surdus, Dominus Tabaristāni [2]. Quum affatus eum esset quidam, voce suâ non elatâ, dixit ei: Heus tu, extolle vocem tuam: nam auris mea aliquâ ex parte eodem vitio quo tuus spiritus laborat [3]. — Et dicebat: Molestissimus hominum is est, qui distinet distentum (negotiis).

P. ١٢ Mohammed ·ibn-Jezid, pastor. Dicebat: Dynastiam Sāsānidarum, cum tam diu steterit
vs. 3 et tam paucos habuerit praeclaros administros [4], nulli rei melius comparare possum quam coelo, quod Deus erexit absque columnis.

Abū-Becr Mohammed ·ibno-'l-Motaffar. Dicebat: Homo est servus beneficentiae, et liber est servus benignitatis [5]; atque obedientia est pro ratione potestatis [6]. — Et dice-

---

1) Idem dictum, sed pluribus praemissis verbis additâque narratione effectûs, quem in Abū-'t-Taijibum habuerit, exstat in libro لطائف الصحابة (MS. p. 27 vs. 10 seqq.; ed. Cool. p. ٨ seq. n. ٣٧). [Sensus ejus optime illustratur conferendâ dictione Syriacâ ܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ, quae, cum proprie significet: *edit frusta panis ejus, aluit se pane qui illius erat* (ܩܪ̈ܨܐ enim est Arabicum قَرْص), hinc semper figurate exprimit: *criminatus, calumniatus, est illum; suam fortunam super illius calamitate erigere studuit.* Vult ergo Naçr ·ibn-Ahmed: *Quousque tu gloriam quaeres detrahendo de gloriâ aliorum?* W.]

2) Utrumque quod sequitur dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 27 vs. 2 seqq.; conf. Cool. p. ٨ n. ٣٦, ubi prius tantum editum est). Praeter diversitatem in nomine (pro الحسن ابن علی ibi enim titulus الناصر offenditur), in priori dicto pro فقال — كلّمه — legitur كان اذا في اذني, ac pro بأذني, زد في صوتك pro ارفع صوتك, كلّمه — قال; in posteriori vero (praeterquam pro وقال, وكان يقول) pro يشغل, ut in Par. Cod., شغل.

3) Nempe, *debilitatis.*

4) Uti notissima dictio est: كَفَاهُ ذلك الامرَ, *suffecit illi ad curandam eam rem, perfunctus est pro illo ejus rei curâ*, ita nulli dubio obnoxium videtur, quin hoc loco كُفَاة id quod expressi significet. Quod confirmatur his verbis in *Vitâ Timūri*, ed. Mang. T. I. p. 36 vs. 14: فكان — — من أَعْقَلِ الخَدَمِ وأَضْبَطِ الكُفَاة. Conf. etiam infra, p. ٣٣ vs. 13 et p. ٣٥ vs. 22.

5) Hoc dictum, quo significari apparet, *homines beneficiis devinciri ac velut in servitutem redigi*, Califae ·ar-Rāḍi-bi'llāh tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 28 vs. 9 seq.; ed. Cool. p. ٩ n. ٣٩); ubi tamen pro priori عبد multo elegantius legitur خادم.

6) Id est: *non ultra obediri potest quam imperentur talia, quae praestari queant.*

bat [1]: Odiosissimus inter homines mihi est vir tenuis qui in potentium modum se effert, et adolescentulus qui senis speciem prae se fert [2].

Al-Mottaqî-li'llâh. Ex dictis ejus hoc fuit: Recessit imperium ab 'Omaijadis, quum non esset inter eos pedes; et credo illud a nobis recessurum esse, quum non sit inter nos eques.

Nâçiro'ddaula 'Abû-Mohammed 'al-Hasan 'ibn-Abdi'llâh 'al-Hamdânî. Successuit aliquando Scribae cuidam suo, eumque jussit domi suae se continere. Quum vero consuleretur de abrogando stipendio ejus: Reges, inquit, castigant abrumpendâ consuetudine, non vero *puniunt* [3] privando.

Frater ejus, Saifo'ddaula 'Abû-'l-Hasan Alî. Dicebat: Princeps est forum, ad quod vaenum advehuntur ea quae bene in illo distrahuntur [4]. — Et dicebat: Donare poëtas est inter necessaria virorum principum officia [5].

Al-Motî-li'llâh. Dicebat: Nomine nostro noxa arcetur a nigredine religionis et ab albedine dynastiae [6].

Rocno'ddaula 'Abû-Alî 'al-Hasan 'ibn-Bowaih. Corâsân, ut difficilis expugnatu et exili est reditu, similis est hylaci, quem venari difficile est et ex quo (capto) nullum bonum redundat [7].

---

1) Hoc dictum in Cod. Par. non ipsi, sed filio ejus, Abû-Alio, tribuitur. Et similiter pars ejus in libro لطائف الصحابة (l. mox laud.), non ipsi Califae 'ar-Râḍio-bi'llâh, sed filio ejus, Abû-Alio Ahmedi, adscripta est.

2) Dimidia pars hujus dicti sic offertur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 28 vs. 13 seq.; ed. Cool. p. ٩ n. ٣٠): ابغض الأشياء الىّ صبىّ يتشايخ. Quibus tamen verbis ibi alia, quae hic desiderantur, adjecta sunt (in quibus, ut a Coolio sunt edita, pro يَنْفَكّ lege يَنْفَدْ). — Sexta forma تشايخ in Freyt. Lex. non notata est.

3) Non dubito, quin pro posteriori تُؤَدِّب secundum Cod. Par. تُعَاقِبُ restituendum sit.

4) Vult: *Sensus Principis subditorum studia regit.*

5) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 30 vs. 3).

6) Religionem comparat cum nigredine oculi (conf. p. ١٥ vs. 16 et p. ٣٣ vs. 6), et dynastiam Abbâsidarum cum ejusdem albedine, intra quam illa se verteret. Quarum utramque suo, 'Imâmi et Califae, nomine protegi ac defendi dicit. — De voce دَعْوة, pp. *assertio juris (in imperium)*, conf. supra, p. 44 ann. 6.

7) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 30 vs. 6 seqq.), ubi nomen ejus in initio sic quoque male scriptum est: ركن الدولة ابو الحسن ابن بويه. Certum tamen, proprium ejus nomen الحسن, et praenomen ابو على fuisse. Vide *Indicem*.

Filius ejus Açodo'ddaula Abû-Sogâ. Dicebat: Mundus angustior est quam ut capiat duos Reges [1].

P. ۳. **Frater ejus Facro'ddaula Abû-'l-Hasan.** Dicebat: Similes sunt *opes* Regum torrentibus magnis, quorum vident homines abundantem aquae copiam, non vident vero, flumina iis se alere.

Abû-'l-Hasan Mohammed ibn-Ibrâhîm. Dicebat: Oportet Regem curam adhibere, ut commodum statum praebeat corpori suo, et pulchram sibi conciliet famam, et ad effectum adducat jussum suum. — Et dicebat: Tria non sunt expertia trium: corpus morborum, et cor sollicitudinis [2], et res domestica vitii [3].

Qâbûs ibn-Waśmekir. Dicebat: Res quibus Reges delectantur, eae sunt, quarum non consors ipsis est vulgus. — *Et ex dictis ejus hoc fuit: Adminicula conciliandae gratiae* sunt pedes eorum qui aliquid rogandum habent [4], et intercessiones sunt e clavibus rerum petitarum. — Item hoc: Quem opprimit noxa fortunae, erigit eum auxilium generosorum. — Item hoc: Quando fortuna liberaliter largitur dona sua, laetitiae tibi sit celeri-

---

1) Hoc dictum eidem tribuitur in libro laud. (MS. p. 30 vs. 10 seq.), ubi in fine ejus, post ملكين additum est اثنين, et in initio, post ابو شجاع, proprium nomen فَنّاخسروا (vide quod de Par. Cod. dictum est p. ٩١ vs. 18).

2) Eodem sensu in Kosegart. *Chrest. Arab.*, p. 72 vs. 11 seq., legitur: هى مشغولةُ القلبِ أَنْ الخ, *illa sollicita erat ne* caet.

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 31 vs. 3 seqq.), ex quo loco hic corrigere potui scriptionem antepaenultimae vocis. Nomen vero ipsius viri ibi sic scriptum est: محمد بن ابرهيم سياجور. Conf. p. ٩١ vs. 21 et *Index*. [Uti Persica vox كَدْخُدَا, composita ex كَدْ, *domus*, et خُدَا, *dominus*, *patremfamilias* significat, et forma abstracta, hinc ducta, كَدْخُدَاى, *oeconomiam sive rei domesticae administrationem*: ita manifestum est, Taâlibium hic posteriori formâ, ad Arabicae linguae normam in كَدْخُدَائِيَّة mutatâ, idem quod dixi expressisse (conf. similia exempla supra, ad p. ١٢ vs. 16 et p. ٢١ vs. 7). Ultima igitur verba significant: *nullam esse rem domesticam, quae non aliquo tempore aliquâ ex parte laboret et vitiosa sit.* W.]

4) Vox وَسِيلَة id omne exprimit, *quo quis alterius gratiam sibi concillat seque in benevolentiam ejus insinuat.* Tales igitur commendatitiae actiones hic *pedes*, id est, *instrumenta promovendae causae*, eorum qui aliquid rogandum habent, vocantur. — Evidens est, in textu edito, post restitutam ex Cod. Par. vocem الوسائل ante أَقْدام, pro والشَّفاعاتِ scribendum esse والشَّفاعاتُ.

tas fati[1]; et quando mutua dat (bona mundana), puta eam hostilem incursionem jam fecisse.

***Ma'mūn*-ibn-Ma'mūn**, Rex Cowārezmi. Audivi eum dicentem[2]: Nihil *effici potest* in damnum illius, qui *bene est meritus.* — Item hoc dicentem: Incumbit tenuibus, ut gratias agant potentibus, *facto* non *dicto*, et ut augeant cultum a se tributum, ut ipsis augeantur beneficia[3]. — Et quum aliquando cum alloquerentur de abrogando stipendio cujusdam e ministris ipsius, respondit: Nolo amplificare opes meas detrimento assecla-rum meorum.

Sultanus honoratus, Abū-'l-Qāsim Maḥmūd. Audivi supremum exercitûs ducem, Abū-'l-Motaffarem Naçr*um*, dicentem: Audivi eum dicentem: Pulchritudo faciei hominis ex iis est rebus, quas divino ipsius favori debet; et cujus pulchram reddit Deus formam, hunc participem facit amoris sui, amantque eum corda et propitii ei sunt animi[4]. — Et audivi al-Alawi*um* Zeidi*dam* dicentem: Audivi eum (perpetuum reddat Deus imperium ejus) dicentem: Principatus est cognatio inter Principes; et Reges sibi invicem cognati sunt, etiamsi longe eos a se invicem separant stemmata. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Vulnus inflictum opibus sanatur substitutione aut instauratione; sed animarum quae per-ditae sunt, nulla est reparatio.

CAPUT VI. P. ٤٣

exhibens dicta festiva Wezir*orum* et virorum principum.

Abū-Maslama al-Callāl, Wezir*us* as-Saffāhi. Dicebat: Periculo se exponit is, qui mare sulcat; sed majori quam hic se exponit periculo, qui ad Reges intrat.

---

1) Id est: *gratulare tibi et brevi finiatur vita tua, ut ne inconstantiam ejus experiaris.*

2) [In Cod. Par. hoc unum traditur dictum ejus: *Propositum mentis meae est liber in quem inspicio, et amicus ad quem adspicio, et honoratus cui prospicio.* Tum nova sequitur sectio de eodem illo viro, qui in hac ipsâ pag., vs. 13, commemoratur: in quâ sectione, itidem incipiente a verbis: *Audivi eum dicentem*, ea omnia exstant, quae in nostro Cod. Ma'mūno tribuuntur. Sanequam verisimile est, Parisiensem Cod. hic veram lectionem offerre, et errorem in nostro commissum, inde ortum esse, quod librarii oculus ab altero سمعته يقول ad alterum aberraverit. W.]

3) Praepositionem من hic recte se habere, nec necesse esse ut in فى mutetur, confirmat, credo, locus in Kosegart. *Chrest. Arab.*, p. 57 vs. 13, ubi similiter legitur: عَسَى أَنْ تَزِيدِينِى مِنْ هذا, *for-tasse plura mihi hujus ejusdem generis largiri voles.*

4) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 32 vs. 5 seqq.), ubi tamen pro حسن وجه scriptum est حسنُ صورة; tum pro فمن ,ومن; tum ultima وارتاحت له النفوس omissa sunt.

Ar-Rabî' ·ibn-Jûnos, Wezîrus ·al-Mahdîi. Dicebat: Mensae Regum (adeundae) sunt propter excelsum honorem cum iis conjunctum, non propter satietatem ex iis provenientem.

Abû-'Abdi'llâh, etiam ·al-Mahdîi Wezîrus. Dicebat: Pulchre conspicua vultûs hilaritas [1] est signum prosperi successûs [2]. — Ac dicebat: Ingenia virorum sunt sub cuspidibus calamorum ipsorum [3]. — Et ex dictis ejus hoc est: Optimus sermo is est, qui paucis constat verbis, et (rem perspicue) indicat, et non fastiditur [4].

Al-Faiç ·ibn-·abî-Çâlih, *ejusdem quoque Wezîrus.* Ex dictis ejus hoc fuit: Benefactum pulchrâ est facie, dulci sapore, acri odore; at nullum in eo bonum est, quamdiu non perfectum fuit [5].

Jahjâ ·ibn-Châlid ·al-Barmakî, Wezîrus ·ar-Rashîdi. Non vidi unquam flentem, qui pulchrius sobrideret calamo [6]. — Et dicebat: Amicus aut (ipse) prosit, aut intercedat (apud alium) [7]. — Et ex dictis ejus hoc est: Promissa sunt e retibus generosorum, quorum ope venantur laudabilia facta liberorum [8]. — Et ex dictis ejus hoc est: Nemo experitur in filio suo id quod ipsi gratum est, quin experiatur in semet ipso id quod ingratum habeat [9]. — Et dixit, cum a dignitate dejectus esset: Intravimus in mundum tali introitu, qui causa exstitit ut ex illo excederemus [10].

---

1) In texto per errorem ٱلْبَشَّرِ scriptum est: sine dubio ٱلْبِشْرِ legendum. In Cod. nostro *hoc loco* nulla vocalis, praeter ultimam, huic voci est addita; sed in loco libri لطائف الصحابة, quem mox citabo, perspicue ٱلْبِشْرِ exaratum est.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro commemorato (MS. p. 33 vs. 7 seq.); et quemadmodum in Par. Cod. *pro* علم offertur من اعلام, ita ibi hoc ipsum *post* علم insertum exstat.

3) Id est: *elucent ex iis quae scribunt.*

4) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 33 vs. 8 seq.).

5) Conf. supra, p. 28 ann. 4.

6) Evidens est, atramentum quod ex calamo in chartam fluit, hic cum lacrymis, nitentem vero ejusdem colorem cum risu comparari.

7) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 33 vs. 11 seq.), ubi pro وإمّا أنْ scriptum est أو.

8) Hoc dictum eidem tribuitur in libro laud. (MS. p. 33 vs. 12 seq.; ed. Cool. p. ١. n. ٢٥), ubi, ut in Par. Cod., من ante شباك omissum est. Et vero in nostro quoque Cod. non ab ipso librario scriptum, sed recentiori mano insertum esse videtur.

9) Significat, credo: *Nemo filium suum lacte increscere et ad altum laudis atque dignitatis fastigium evehi videt, quin se decrescere et fato suo propiorem esse sentiat.*

10) Sensus dicti est: *Eo penetravimus felicitatis et gloriae mundanae, ut harum ipsarum modus infortunii nostri causam attulerit.*

Al-Façl ·ibn-Jahjâ, ejusdem quoque Wezîrus. Factum est aliquando, ut ipsum praesentem homines laudarent propter munificentiam. Quo audito dixit: Eequod ergo pretium mundi est, ut laudetur is qui totum illum, nedum qui partem illius, elargiatur [1]?

Ǵa·far ·ibn-Jahjâ, ejusdem quoque Wezîrus. Pessimae opes eae sunt, ex quibus comparatis tibi adhaeret culpa, et in quibus expendendis mercede (divinâ) excluderis. — Et ex rescriptis ejus hoc est: Tributum est columna regni; et nullâ re tam largum id redditur quam justitiâ, nullâque re tam exile quam tyrannide [2]. — Et dicebat: Quando *breviloquentia* impar est rei perficiendae, tunc *multis uti verbis* eloquentius est [3].

Al-Façl ·ibno-'r-Rabî·, Wezîrus ·ar-Rašîdi et ·al-Amîni. Dicebat: Non aliter existimo, quam opulentiam esse rem cui (Deus) succensuerit: nonne perpetuo eam videtis apud P. ٣٣
tales qui eâ indigni sunt? — Et dicebat: Cavete vobis, ne Reges alloquamini de omni re quae responsum postulet: quia, si respondent *vobis*, hoc ipsis molestum est; si vero non respondent *vobis*, hoc vobis molestum est [4].

Al-Façl ·ibn-Sahl, Wezîrus ·al-Ma·mûni. Ex iis quibus sollertem se praebet servus, est hoc ut ingens sit reverentia ejus adversus herum suum. — Et ex rescriptis ejus hoc est: Pendet rerum pretium ab eo ut ad finem perductae sint, et pretium operum ab ultimâ manu iis impositâ, et beneficiorum ab eorum continuatione [5].

---

1) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 34 vs. 8 seqq.; ed. Cool. p. ١. n. ٤٧), ubi tamen et بين يديه et اياه ab ipso librario omissum, sed hoc vocabulum recentiori manu in margine adscriptum est.

2) استغزر et استنزر ex propriâ vi 10^{ae} formae hic significant: *copiosum*, *abundantem*, *sibi fecit*, et *exilem*, *tenuem*, *sibi reddidit*. Utraque significatio Lexicis addenda est.

3) [Post collatum Par. Codicem, in quo hoc dictum duabus constat partibus, quarum posterior cum verbis in nostro Cod. oblatis convenit, nullus jam dubito, quin pro الانتجار (sive الانتجاز, nam ultima illa littera ita in Cod. nostro exarata est, ut tam pro ر cum superscripto signo quo a ز distinguatur, quam pro ipsâ ز haberi possit) substituendum sit الإيجَازُ, et ex الاكمار non الاكثار sed الاكْثَارُ efficiendum sit. Sensum verborum sic manifestum esse vides. Quod vero ad idem dictum, ut in Par. Cod. est traditum, attinet, sic, credo, corrigendum est, ut perspicua ei sententia subsit: اذا كان الايجازُ كافيًا كان الاكْثارُ عيًّا واذا كان الايجَازُ مُقَصِّرًا كان الاكْثارُ أَبْلَغَ: *Quando breviloquentia sufficit, tunc multis uti verbis dicendi imperitiam* (conf. supra p. ٢٥ vs. 10) *prodit; ubi vero contrà breviloquentia impar est rei perficiendae, multis uti verbis eloquentius est.* W.]

4) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 35 vs. 10 seqq.), ubi, ut in Par. Cod., pro اجابوك et يجيبوك rectius offertur اجابوكم et يجيبوكم. Haud dubitavi igitur, in utroque loco pluralem numerum vertendo exprimere.

5) [Eadem hic potestas est praepositionis ب, quae ex. gr. in libro كليله ودمنه, p. ١٢٨ vs. 6, in verbis

Frater ejus al-Hasan ibn-Sahl, ejusdem quoque Wezîrus. Miror eum qui sibi benefactum iri sperat ab homine supra se posito, quomodo repellat eum qui infra se est [1]. — Et dicebat: Celsitudo honoris sita est in excessu (liberalitatis). Ad quod quum ei dictum esset: Nullum bonum in excessu est; respondit: Nullus excessus est in bono. Atque sic eadem verba reddens, complevit sententiam [2]. — Et dicebat: Supremo loco idoneus non est nisi qui generoso est pectore [3].

Ahmed ibn-abi-Châlid, *etiam* al-Ma'mûni Wezîrus. Quum vellet al-Ma'mûnus eum Wezîrum constituere, dixit huic: O Princeps credentium! Wezîr*atus* est summum fastigium, et pone summa fastigia non sunt nisi noxae. — Et dicebat: Non decet parvam esse rem, quam Princeps agitet: quoniam per talem necesse est alterutrum experiatur, aut ut potiatur eâ nullamque laudem consequatur, aut ut ei perficiendae impar sit et non excusetur.

Ahmed ibn-Jûsof, ejusdem quoque Wezîrus. Dicebat: Calamorum ope *reguntur* terrae. — Et scripsit ad amicum aliquem, invitans eum ut ad se veniret: Dies mutui occursûs brevis est: quare opem fer contra eum, mane veniendo [4]. — Et loquens de Gassâne ibn-'Abbâd, dixit: Virtutes ejus numero plures sunt quam vitia ejus [5], neque unquam committet tale quid, de quo facto se excusare quis debet. — Et scripsit ad al-Ma'mûnum, una cum dono oblato: Misi ad Principem credentium exigui quid ex *multo ipsius* [6] *quod apud me est.*

انّما السلطان بأصْحابه, *qualis sit Rex, hoc unice ab eo pendet quales sint comites ejus;* et p. ٣٣٣ vs. 7, انّ المرأةَ بزوجها والولدَ بوالدَيْه الخ, *qualis sit uxor, hoc a marito ejus, et qualis sit filius, hoc a parentibus ejus pendet*, caet. — Quod ad ultimam dicti partem attinet, conf. supra p. ١٥ vs. 1 et p. ١٩ vs. 2 a f. W.]

1) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 36 vs. 8 seqq.). Ex quo loco, ut in annot. criticâ jam dixi, pro vitioso من hic لمن restitui, quod in Par. etiam Cod. offertur. — Caeterum per typothetae errorem male pro دولة scriptum est دولَة.

2) Eadem haec, inde a وقيل, omissis antecedentibus وكان ـ ـ السرف, exstant in libro لطائف الصحابة (MS. p. 36 vs. 10 seq.; ed. Cool. p. ١١ n. ٥٣), ubi pro السَّرَف et سَرَفَ Coolius male edidit الشَّرْف et شَرَف.

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro laud. (MS. p. 36 vs. 9 seq.).

4) Idem de eodem narratur in libro laud. (MS. p. 37 vs. 10 seq.; ed. Cool. p. ١١ n. ٥٤), ubi tantum pro verbis وكتب ـ ـ يستدعيه, haec parum diversa se offerunt: ودعا صديقا له وكتب اليه

5) Voces مَحَاسِنُ et مَسَاوِئُ eodem plane sensu inter se oppositas vide in loco libri كليلة ودمنة, p. ١٩ vs. 2.

6) Id est: *ex multo illo ipsi debito.*

Mohammed ibn-Bardād, ejusdem quoque Wezīrus. Dicebat: Nulla est in causâ amoris consultatio, et nulla altercatio in causâ appetituum [1]. — Et ex rescriptis ejus hoc est: Portae Regum sunt sedes fixae petitionum, nullaque via est prosperi successûs his consequendi, praeter patientiam et perseverantiam.

Al-Façl ibn-Merwān, Wezīrus al-Moʿtaçimi. Similis est scriba rotae aquariae, quae quando otiosa est, frangitur [2]. — Et dicebat: Interrogare de amico est occursus [3]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Neminem vidi, cujus animus contentus propius abesset ab indignatione, et apud quem arctius esset intervallum inter propinquitatem *et* longinquitatem [4], quam Reges.

Mohammed ibn-Abdi'lmalic *al-Zajjāt, ejusdem quoque Wezīrus.* Dicebat: Fecit me Princeps credentium opus artis, quo ut unicum se fabrum distinxit: traduxit me ex humilitate mercaturae ad elatum honorem Wezīratūs. — Et scripsit ad Abdo'llāhum ibn-Tāhir epistolam, in cujus articulo quodam hoc dixit: Retinui epistolas meas a te, prae reverentiâ, non ex neglectu [5]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Rumores sparsi praecursores sunt rei ipsius et sonus (advenientis) seditionis. P. ٣٣

Mohammed ibno-'l-Façl al-Gorgāni, Wezīrus al-Motawakkili. Reprehendit eum aliquando al-Motawakkil, quod detineri se sineret ludis [6] et cantricibus a negotiis Principis. Respondit ille: O Princeps credentium! ad *sustinendas* sollicitudines mundi via non paratur nisi *comparando sibi* nonnihil laetitiae [7].

---

1) Vult: *Aversantur omnes in causâ amoris aliorum adhibere consilium, et in causâ appetituum suorum cum aliis obloquentibus altercari.*

2) Sensus, credo, est: *Uti rota aquaria, si stat aliquamdiu immota, intrinsecus corrumpitur fractumque corruit, ita scriba, si negotiis vacat, sensim callo obducitur et inertiae situ perit.*

3) Hoc est: *Alium de amico interrogare, similem delectationem habet atque ipsi amico occurrere.*

4) Id est: *Inter favorem quo propius in familiaritatem adduceris, et alienatum animum quo longe ab eâdem removeris.*

5) Idem de eodem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 38 vs. 5 seq.); omissis tantum verbis كتابا ـ ـ منه.

6) مَلَاهِى hic plurale est a مَلْهًى, quod et *locum ludendi sive se oblectandi* significat (ut in Kosegart. *Chrest. Ar.* p. 47 vs. 4 a f.), et ipsam *ludum sive oblectamentum* (conf. ibid. p. 54 vs. 4 a f.; et *Vitae Timūri* T. II. p. 420 vs. 3 a f., ubi الملاهى cum المَلَاذُّ conjunctum est).

7) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 38 vs. 11 seqq.); at cum aliquâ diversitate. Primum ibi يوما omissum est; tum pro ان ـ ـ السرور sequentia scripta sunt: رُبَّمَا أَسْتَعِينُ بِالهَزْلِ على الجِدّ وبالباطل على الحَقّ لأَنّ مقاساةَ هُموم المَشْرِق والمَغْرب لا تتهيّأ ولا تُمْكِنُ الّا

'Obaido'llâh 'ibn-Jaḥjā 'ibn-Châqān, ejusdem quoque Wezîrus. Dicebat: Quando accidit nobis infortunium, *animo nostro* illud *effingimus* in pessimo quem attingere possit statu: quo fit ut quantulumcunque minus quam hic modus sit, id gaudium praebeat quod festinanter arripiamus. — Et dicebat: Lingua statûs (in quo quis versatur) veracior est [1] quam lingua sermonis.

Aḥmed 'ibno-'l-Chaçîb, Wezîrus al-Montaçiri. Quum vestibus honoris ornatus esset ad gerendum Wezîr*atum*, dixit: Similis sum camelo, qui ornatur ad mactationem.

'Abdo'llâh (?) 'ibn-Moḥammed 'ibn-Bardād, Wezîrus al-Mostaini. Rescripsit ad Praefectum quendam hujus (Califae), qui praeclaram sibi administrationem [2] tribuerat, et copiosus fuerat (in eâ re praedicandâ): O bone! modum excessisti et medium non tenuisti; atque incitato cursu ruere fecisti (jumentum tuum), donec macie (illud) extenuasti. Potius ergo parvi duc quod fecisti: sic pervenies ad id quod sperasti.

'Isā *'ibn-Ferchānshāh*, Wezîrus al-Mo'tazzi. Dicebat: Calamus malus est ut filius inobsequens. Dixit 'Ibn-'Abbād: et ut frater molestus [3]. — Et dicebat 'Isā: Ego sane gratias ago pro uno oculi nictu, et queror de uno verbo [4].

بآستجلاب شيء من السرور فقال صدقت يا محمد (recentior manus ante ربّما inseri jussit انّى). Id est: *Saepe auxilium peto a joco ad serium perficiendum, et a re vanâ ad perfungendum re severâ; quoniam via non paratur ad sustinendas sollicitudines Orientis et Occidentis, quin prorsus id fieri non potest, nisi comparando sibi nonnihil laetitiae. Respondit Califa: Verum dixisti, o Moḥammed!* Vides igitur, in hoc etiam loco duo illa verba offendi, quae ex Cod. Par. in versionem recipere non dubitavi (استجلاب et مقاساة). Posterius abesse posset; prius in sententiâ necessarium videtur.

1) Lectio, in Par. Cod. oblata (أنطق, *magis perspicue loquitur*), non minus bene se habere videtur.

2) Conf. supra, p. 56 ann. 4.

3) Eadem narrantur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 39 vs. 6 seqq.), ubi, ut in Par. Cod., post nomen عيسى additum est بن فرخانشاه, omissum vero وزير المعتز; tum pro كان يقول legitur: وكان الصاحبُ ;من طريف تشبيهه قولُه ac denique pro قال - - الشاقّ scriptum est: يقول كالاخ المُشَاقّ. Ultima diversitas ipsam loci sententiam tangit: nam ut ibi legitur, Ta'âlibius significavit, aç-Çâḥibum 'ibn-'Abbād postea idem dictum sic extulisse, ut pro القلم الردىء كالولد العاقّ, diceret: القلم الردىء كالاخ المشاقّ. Ut hic vero scriptum est, narratur idem Wezîrus amplificasse 'Isāi verba hunc in modum: القلم الردىء كالولد العاقّ وكالاخ الشاقّ.

4) Etiam hoc illius dictum exstat in libro laud. (MS. p. 39 vs. 8 seq.), ex quo loco veram lectionem لحظة restitui.

Solaimân ibn-Wahb, Wezîrus al-Mohtadî et al-Moʿtamidî. Dicebat: Tela amicitiae pretiosior [1] est quam tela praefecturae; et animus arctiori consuetudine cum amico quam cum amante conjunctus est [2]. — Et dicebat: Ego zelotypus sum erga amicos meos, uti zelotypus sum erga uxores meas [3]. — Et aliquando in speculum intuitus, multam vidit canitiem, dixitque: Hoc vitium est a quo non liberabimur [4]. — Et filium suum *Obaido'llâh*um describens, dixit: Ille mihi est filius *laetificans*, sicut est mihi frater pius; ac si quis unquam genuisset parentem, ego is essem [5]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Quos maxime decet ex hominibus, alios laudibus extollere, ii sunt qui praestantiâ ipsi excellunt [6]. P. ٣٤

Ahmed ibn-Çâlih ibn-Šîrezâd, Wezîrus al-Moʿtamidî. Dicebat: Oportet [7] aequalem esse portionem oculorum et nasorum de mensis Regum, ac portionem quam ora de iis habeant. — Et dicebat: Ad averruncum Deum confugio ab infelicitate diei quarti et a felicitate diei primi [8].

---

1) Secundum Par. Cod., eodem sensu, dixit: *tenuior*. Comparat vero, ut vides, utramque rem cum telâ magis minusve pretiosâ.

2) Posterior hujus dicti pars, iisdem expressa verbis, offertur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 40 vs. 6); at pro priori ejus parte, الولاية — غزل, ibi hoc scriptum est: ظَرْف الصَّداقةِ أَمْلَحُ من ظَرْف الصَّبابة, *Lepor amicitiae salsior est quam lepor amoris*.

3) Etiam hoc dictum eidem tribuitur in libro laud. (MS. p. 40 vs. 7; ed. Cool. p. ٢٣ n. ٥٧), ubi pro حرمى legitur عِرْسى, et a Tsâlibio citatum est Coššgimî distichon, ex quo Wezîrus ille hoc dictum petierit. Coolius in altero illius distichi versu male كما إِنّى edidit pro كما أَنّى.

4) Idem narratur in libro laud. (MS. p. 40 vs. 9 seq.), hac solâ diversitate, quod in initio, transpositis inter se vocabulis, legatur: ونظر فى المرآة يوما.

5) Nempe, *cui filius est, parentis vicem mihi explens*.

6) اهل الفَضْل eodem hoc sensu occurrit in libro كليلة ودمنة, p. ٨٣ vs. 5 (conf. etiam infra, p. ٣٨ vs. 22). — Si vero Tsâlibius non التفضيل scripsit, sed التفضّل, ut in Par. Cod. legitur, sensus dicti hic est: *Quos maxime decet ex hominibus, aliis benefacere, ii sunt qui in opum abundantiâ sunt positi*. اهل الفَضْل tunc idem significat, quod in al-Qorânî loco, XXIV. 22, أُولُوا الفَضْل والسَّعَة. Credo, hanc lectionem veriorem esse.

7) Sine dubio in Par. Cod. hic recte لا omissum est.

8) [Certum mihi videtur, pro وحدّ, quod et in nostro et in Par. Cod. offertur, وجَدّ substituendum esse: illud enim prorsus hic inexplicabile, hoc perfectum in modum antecedenti نَحْس oppositum est. Quod ad sensum dicti attinet, sine dubio hoc cum vitâ illius Wezîrî cohaeret, qui per diversas ja-

Al-Mohsin (?) ·ibn-Maclad, ejusdem quoque Wezīrus. Dicebat: *Opes* similium nostrum veniunt simul, et simul abeunt [1]. Quidni ergo festinanter arriperemus delicias antequam elabantur, et frueremur claritate vitae antequam turbida reddatur?

Çâid ·ibn-Maclad, ·*al-Moïtamidi* simul et ·al-Mowaffaqi Wezīrus. Dicebat: Anima est stirps, pro *quâ* (perditâ) nihil substitui potest; et opes sunt ramus, qui, quando illa recto consilio ducitur [2], brevi tempore redit. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Decore recusare pulchrius est quam dudum promittere.

Abū-'ç-Çaqr 'Ismâïl ·ibn-Bolbol, eorundem quoque Wezīrus. Dicebat: Saepe fit, ut de praefecto *gratulanda sit praefectura ipsius* [3]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: *Ad perfidiam (si invadat) excipiendam* apparatu se instruit fidelitas [4].

'Obaido'llâh ·ibn-Solaimân, Wezīrus ·al-Moïtaçidi. Rescripsit in epistolâ alicujus, qui *ipsum* rogaverat ut promissum expleret: Sponsio magis (quam alia omnia) dominio suo subjectum tenet [5], et promissio idem valet acsi manu accipias [6], et pacta servare est e

---

eturas infaustum sibi expertus esset diem Mercurii, et cui die Solis contigisset felicitas (nescio an honor Wezīratus), cujus consequentias sibi metuendas duceret. W.]

1) Id est: *Qui in elatâ illâ dignitate constituti sunt, quae nobis contigit, uti repente fiunt divites et opulenti, ita munere suo dejecti, in repentinam inopiam detruduntur.*

2) [Per femininum genus hujus verbi statim apparet, hoc ad nullum aliud nomen quam ad النفس referri posse; et ipsi quoque loci sententiae id unice congruit. Tantum pro سُدِّت, ut auctoritate Codicis nostri (in quo سُدِّت scriptum est) in textu edidimus, necessario سَدَّت legendum, et sic ut jam factum est, vertendum videtur. Verbum سَدَّ enim (imperf. يَسِدُّ) in Arabum Lexicis significare legitur كان سَديدًا, *recto consilio* sive in loquendo sive in agendo *ductus fuit*. W.]

3) Ex multo meliori lectione, quam Cod. Par. obtulit, facilis hic dicti sensus est: *Bono praefecto non magis de praefecturâ suâ, quam praefecturae ipsi de tali praefecto gratulandum est.*

4) [Postquam diversitatem vidi in Par. Cod. oblatam (للخيانات pro الخيانات), non dubitavi sequens تُؤْدى in تُؤْدِى mutandum, et veram lectionem esse: للخِيَانَاتِ تُؤْدِى الأَمَانَاتُ, *Si instruit se fidelitas, facit hoc ut perfidiae excipiendae par sit* (apud Gauharium legitur, in v. ادا: وآدَيْتُ للسَّفَر فانا مُؤْدٍ له اذا كنتَ متهيّئًا له). Sensus ille multo certe magis se commendat, quam qui verbis ex Cod. nostro editis subest: *Perfidia noxâ afficit fidelitatem.* W.]

5) [In textu vitiose editum est أملكَ; necessario legendum أَمْلَكُ. Apparet hoc ex loco Meidânii, quem vide apud Freytag. I. p. 669 seq. n. ٩., ubi traditum est proverbium: اَلشَّرْطُ (Freyt. male scripsit الشَّرْطُ) أَمْلَكُ عليكَ أَمْ لكَ, *sponsio m.* (q. a. o.) *d. s. s. t.* (hoc est: *sponsionis exsequendae necessitati nullo modo te subtrahere potes*), *sive tibi damno sive emolumento sit.* Et idem proverbium iisdem plane verbis etiam commemoratum est a Firūzābādio, in v. شرط. — Quod ad

virtutibus cum indole generosorum conjunctis [1]. — Et rescripsit ad Ahmedem ibn-Tūlūn: Time Deum in rebus parandis: Deus enim semper stat in speculâ [2].

Al-Qāsim ·ibn-'Obaidi'llāh, Wezīrus ·al-Mo'taḍidi et ·al-Moctafii. Dicebat: Intelligentia Scribae est in calamo ejus, et sermo pulcher sunt retia quibus corda capiuntur [3].

Al-'Abbās ·ibno-'l-Ḥasan, Wezīrus ·al-Moctafii et ·al-Moqtadiri. Dicebat: Planta tentationis (a Deo per aerumnam institutae) fructum fert querelae. — Et dicebat: Homo intelligens similis est sartori, qui modo conficit vestem Attalicam, constantem mille (nummis aureis), et modo vestem Qūhistānensem, constantem decem (denariis) [4].

Abū-'l-Ḥasan ·ibno-'l-Forāt, Wezīrus ·al-Moqtadiri. Dicebat: Non cupio Wezīratum, nisi propter amicum, cui prodesse, aut inimicum, quem subigere velim. — Et dicebat: P. ٣٠

شَرْطٌ et شَرَطَ attinet, haec non tantum *pactus est* et *conditionem* significant, verum etiam Latina *spopondit* et *sponsionem* (*promisit* et *promissum*) exprimunt. Vide locum libri كليله ودمنه, p. ١٨٧ vs. 8. W.]

6) Conf. supra Mohammedis dictum, p. ٧ vs. 6.

1) Eadem de eodem narrantur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 41 vs. 11 seqq.), ubi post عبيد الله additum est بن وهب, tum omissa وزير المعتضد, atque inter مستنجز et وعدا, plane ut in Par. Cod., insertum اياه. — Quae vero in illo Cod. hoc loco addita sunt, hunc sensum habent: *Et (rescripsit) in epistolâ alicujus qui ipsi rem in memoriam revocaverat: Nequaquam omnia, quae obliviscimur (in tempus, propterea) neglecta praetermittimus; nec quae neglecta praetermittimus (in tempus, propterea diu) differimus; nec quae differimus (aliquantum temporis, propterea) prorsus missa facimus.* Pro أَنْسِيناه fortasse نَسِيناه substituendum est, ut per scribae errorem litera ا antecedentis voculae ما repetita sit.

2) [Forma 4a أَرْصَدَ له a Gauhario explicatur أَعَدَّ له, et in ·al-Qāmūso أَعَدَّ وكافأه بالخير او بالشرّ. Ex quo evidens est, hanc formam exprimere: *paravit res suas ut illum exciperet, et pro bono bonum, pro malo malum rependeret.* Significanter ergo ista ad Ahmedem Tūlūnidem scripta sunt, quem notum est jam diu antequam apertâ rebellione a Califâ desciverit, callide res suas parasse, ut pro eo quod accideret instructissimus agere posset. — Ultima verba فانّ الله بالمرصاد, *Deus enim acriter observat, quid homines agant parentve*, manifesto ex ·al-Qorāno sumta sunt, cujus vide LXXXIX. 13. Conf. etiam locum libri كليله ودمنه, p. ١٧٥ vs. 6. W.]

3) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 41 vs. 1 a f. seq.), ubi tantum verba وزير المعتضد والمكتفي desunt.

4) Vult, credo, hoc: *uti sartorem omnia, quae ad artem suam spectent, sive pretiosae sint vestes sive viles, lubentem conficere, ita virum sapientem et cordatum nihil se indignum censere, quod cum statu et munere suo conjunctum sit et in publicam salutem a se praestari possit.* — Vox دراهم, quaequam sine dubio in fine dicti subaudienda, nequaquam tamen opus est ut ex Cod. Par. addatur; si adderetur, post بألف etiam supplendum esset دنانير.

Ego sane facile assuesco omnibus rebus, ne viis quidem exceptis [1]. — Et quum filius ejus, 'al-Moḥsin, illi diceret: Nullum tibi inimicum reliquisti; respondit: Et nullum, mi fili! amicum.

'Alî 'ibn-'Îsâ, *ejusdem quoque Wezîrus.* Dicebat: Qui sua dilapidavit, nullum habet amicum [2]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Injustitia ministrorum tribuitur domino. — Et loquens de 'Ibn-Moqlâ, dixit: Capit rem cui intentus est, in diem praesentem, et non cogitat de die crastino.

Abû-'Alî 'ibn-Moqla, Wezîrus 'al-Moqtadirî et 'al-Qâhirî et 'ar-Râḍî. Dicebat: Valde mihi placet ille, qui carmina fundit, elegantioris doctrinae studio, non lucri cupidine, ductus, et qui divitias acquirit, excitando animos ad hilares motus, non petendo. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Ego, quando amo, pereo, et quando odi, perdo; et quando contentus sum, honore extollo, et quando iratus sum, vestigia irae relinquo.

Abû-Ǵa'far Moḥammed 'ibn-Širzâd, Wezîrus *'al-Mostacfî* [3]. Tenuiores homines volitant [4], et potentiorum delentur vestigia. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Qui facit id quod placet ipsi, incidit in id a quo abhorret. — Et dicebat: Cave tibi ab immoderatione quae fastidium movet, et a negligentiâ quae ad inopiam ducit.

Al-Ǵabheni Major [5], ejusdem quoque Wezîrus. Dicebat: Decor viri situs est in linguâ ejus, et decor mulieris in intelligentiâ ejus. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Pulchritudo famae est fructus scientiae.

Cognitus appellatione 'al-Ḥâkimî, Wezîrus Nûḥî 'ibn-Naçr. Miserrimus hominum is est, qui *vendit* religionem suam bonis mundanis aliorum [6]. — Et dicebat: Alta apud Reges dignitas est clavis aerumnae et igniarium calamitatis.

---

1) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 42 vs. 9), ubi ad ultimam vocem (الطُّرُقَ; his enim vocalibus et ibi et hoc loco in nostro Cod. instructa est) ipsius librarii manu in margine adscriptum legitur الطَّرَقَ. Quod, quantum video, nullum praebet sensum; quum contra الطُّرُقَ commode sic ut feci explicetur. Vult enim: *Magna mihi facilitas est omnibus assuescendi rebus, ita ut ipsas etiam vias brevissimo tempore cognitas habeam.*

2) Lectio, in Par. Cod. oblata, hunc sensum praeberet: *Qui dilapidat sua, huic ne ipse quidem victus remanet.*

3) Ipsa Califarum 'Abbâsidarum series satis superque demonstrat, nomen المكتفى hic in Par. Cod. recte in المستكفى mutatum esse.

4) Nempe: *floccorum instar, ita ut infortunii tempestas eos opprimere non possit.*

5) Si verba أبو عبد, in nostro Cod. oblata, sed in Par. omissa, bene se habent, certe verisimile est, post illa excidisse الله vel aliam Dei appellationem.

6) Id est: *qui, ut bona mundana sibi comparet, non veretur, virtutis et religionis praescripta violare.*

Abū-Moḥammed ·al-Ḥasan ·ibn-Moḥammed· ·al-Mohallebī, Wezīrus Moizzo'ddau'ae. Qui suscipit res arduas, firmus stare debet ad excipienda infortunia. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Qui conviva est leonis, excipit hic illum ungnibus suis; et qui fortunae tempestatem movet, ostendit haec illi potentiam suam. — Item hoc: Qui perjurus est in juribus jurandis suis, et missam facit fidelitatem suam, sibi soli nocet pacto violando. — Item hoc: Abstine a carne quae stomachi molestiam tibi creët, et a facto quod continuo te experiri faciat poenitentiam.

Abū-'l-Façl ·ibno-'l-Āmid, Wezīrus Rocno'ddaulae. Ex pulcherrimis dictis ejus hoc fuit: Optimus sermo is est, cujus seria te contentum reddunt, et cujus joca te oblectant [1]. — Et inter dicta ejus etiam hoc fuit: Homo intelligens ille est, qui cujusque negotii finem sibi recludit [2], et rei cujusque notum habet exitum. — Et dixit aliquando super coenâ: Nullo tempore suavius sapit agnus, quam ubi Sol versatur in Ariete [3].

Filius ejus, Abū-'l-Fatḥ Ḏū-'l-Kifājatain [4]. Scripsit tempore adolescentiae suae [5] ad ·al-Wādārium: Consertus sum, o domine mi! una cum sociorum turbâ quae mecum est, P. ٣٩ in funiculum Pleiadum; si vero non conservas nobis hanc consertionem muneri mittendo vino, fiemus ut stellae Ursarum. Vale [6].

1) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 43 vs. 6 seq.), ubi tantum pro الكلام legitur القول.

2) Sine dubio haec vis est, verbo افتتح hoc loco tributa; nempe, ut *aperire*, *recludere*, *sibi finem rei*, significet: *severâ meditatione in antecessum definire quo res exitura sit.* Si pro من افتتح من كل امر خاتمتَه, scriptum esset: من افتتح كلَّ امرٍ بخاتمته, sic reddi deberet: *qui omne negotium exorditur (considerando) fine ejus.* Vide supra, p. ٣٣ vs. 12 seq.

3) Id est: *tempore verno.* Idem vero dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 43 vs. 5 seq.). — In textu edito prius الحمل male scriptum est الحَمْلُ: restituendum الحَمَلُ.

4) [Appellatio ذو الكفايتَيْن conferenda est cum aliis similibus, ذو الوِزارتَيْن et ذو الرِّئاستَيْن. Quibus ut is significatur, qui et in rebus *militaribus* et in *civilibus* summâ post Regem potestate ornatus est (صاحب السَّيْف والقَلَم), ita illa proprie exprimit: *vir, qui in utroque illo munere praeclari administratione excellit.* Conf. supra, p. 56 ann. 4. W.]

5) Formam صِبًى non tantum *amorem juvenilem* significare, sed etiam *primam adolescentiam* (sive *pueritiam*, ut in Castelli Lex. scriptum est), apparet ex. gr. ex Grangereti de Lagrange *Anthol. Ar.* p. ١٣٩ vs. 2 a f. et p. ١٥٩ vs. 1; item e loco vitae ·Ibn-Çallicânis, in Tydem. *Consp.* p. 78 vs. 5.

6) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 43 vs. 7 seqq.), ubi pro الى الوادارى scriptum est: الى احد يَسْتهديه الشرابَ; et porro vox وإلّا omissa est. [Potest haec tamen etiam in tali sententiâ, in quâ *negatio* antecedit, ad vim augendam addi: ut apparet ex. gr. ex his locis libri

Aç-Çâhib Abû-'l-Qâsim Ismâîl ibn-Abbâd, Wezirus Facro'ddaulae. Dicebat: Domus haec nostra est taberna mercatoria, quam intrat ét qui fidem servat ét qui perfidus est [1]. — Et quum rogasset eum Ibno-'l-Amîd de Bagdâdo, respondit: Est ea inter urbes sicut herus inter servos [2]. — Et dicebat: Cogitationes purae meliores sunt quam linguae disertae. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Promissio hominis generosi magis obstringit quam debitum debitoris [3]. — Et dicebat: Omni homini certus est vitae terminus, et omni tempori vir est [4]. — Ac dicebat: Nonnunquam sermo scopum tangit, ubi sagittae tangendo sunt impares [5]. — Et calorem *describens*, dixit: Expertus sum calorem, qui aequabat cor

---

إن لم تَرْجع الى دينى فلاّ قتلتُك (MS. 43 p. 301), et فان لم يفعل فلاّ سرتُ اليه : فتوح الشام (ibid. p. 302). — Caeterum, sensum illius dicti pendere apparet a diverso habitu utriusque commemorati sideris: ex quibus cum Pleiades densissime inter se constipatae sint, stellae contra, quae ad utramque Ursam pertinent, longe magis sunt diffusae et multo amplius coeli spatium complent. Vult ergo: *nisi vino mittendo arctissimam hanc nostram conjunctionem sustentas et alis, futurum est ut circulus noster brevi solutus dispergatur.* Conf. infra simile dictum, p. ٣٨ vs. 6 seq. W.]

1) Ejusdem haec verba exstant in libro لطائف الصحابة (MS. p. 44 vs. 7 seqq.; ed. Cool. p. ٦٣ n. ٩٤), ubi pro من وفى ومن خان legitur كلُّ من وفى وخان, et porro pro كان يقول haec plura praemissa sunt: رُفعَ اليه انّ رجلا غريبَ الوجهِ يدخل دارَه ويتلطّف لاستراقِ السَّمْعِ فوقّع, *Quum scripto ei delatum esset, virum quendam facie peregrinum solere domum ipsius intrare, et blanditiis se insinuare ut furtim audiret, haec rescripsit.*

2) Etiam hoc dictum traditur in libro laud. (MS. p. 44 vs. 5 seq.; ed. Cool. p. ٦٣ n. ٩٣), ubi pro verbis سأله — هى scriptum est: لمّا رجع عن العراق سأله ابنُ العميد عن بغداد فقال بغدادُ.

Est vero in illo dicto manifesta ambiguitas: nam uti verti potest, ut fecimus, ita hanc quoque vim habet: *Est ea inter urbes sicut Dominus* (h. e. *sicut tu, o Domine!*) *inter homines.* Conf. infra, p. ٣٩ vs. 11.

3) Hoc quoque dictum exstat ibidem (MS. p. 44 vs. 9 seq.; ed. Cool. p. ٦٣ n. ٩٥), ubi pro ومن كلامه haec offeruntur: وذكر بعض الفقهاء وَعْدًا وَعَدَه ايّاه فقال.

4) Cum priori parte hujus dicti conf. proverbium e Meidânio notatum: لكلّ حَيٍّ أَجَلٌ (vide Freyt. *Ar. Prov.* T. II. p. 576 n. 580); et cum posteriori hoc apud eundem oblatum: لكلّ دَهْرٍ رِجَالٌ (vide ibid. p. 464 n. 201; proverbium vero, quod in annot. ibi citatum est tanquam n. 150, exstat in p. 456 n. 169). Evidens est, posterioribus verbis hoc significari: *nullum tempus caret viro, qui rebus agendis parem se praestet.*

5) [Verba, in Par. Cod. hic addita, bene se habent, si pro الفاختة substitueris الفاختة. Continent enim proverbium, quod a Meidân. (et sine ullâ explicatione) notatum, et a Freytag., l. l. II. p. 239

amore flagrantis, et liquefaciebat cerebrum lacertae [1]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Spes longe protensa est, et anhelitus haud ita multi sunt [2]. — Item hoc: Scriptum viri est titulus intelligentiae ejus, quin potius latus conspicuum pretii ejus; ac lingua praestantiae ejus, quin potius bilanx scientiae ejus. — Et dicebat: Optima beneficentia est ea, quae *abundat et clara est;* pessima vero ea, quae procrastinatur et turbida redditur.

Abū-'l-Abbās Aḥmed ·ibn-Ibrāhīm ·aç-Çabbī, ejusdem Wezīrus post ·aç-Çāḥibum. Scripsit libellum supplicem, in cujus articulo quodam haec dicebat: Terra est smaragdus, *et coelum adamas*, et arbores sunt vestis colorata, et aura est ambarum, et aqua vinum, et aves sunt cantatrices [3].

Abū-'l-Ḥasan Moḥammed ·ibn-Moḥammed ·al-Moranī, Wezīrus Nūḥi ·ibn-Mançūr. Dicebat: Ego audeo omnes res, praeterquam eradicare prosperitatem vitae (aliorum), et

n. 129, editum est (الفاختة عنده ابو ذر). Quod ad significationem ejus attinet, male, credo, Freytagius primum vocabulum pro *appellativo*, ابو ذر autem pro *nomine proprio* habuit (sic vertens: *Palumbes torquatus apud eum Abu-Dsarr est*). Ratio enim postulare videtur, at aut *utrumque* nomen proprium, aut appellativum sit. Et reverà, uti ابو ذر multorum virorum praenomen est, ita ex ·al-Qāmūso apparet, فاختة diversarum mulierum nomen fuisse (وفاختة بنت ابى طالب وبنت عمرو وبنت الوليد صحابيات). At quoniam articulo tunc carere videtur, qui hic additus est, vel hanc ob causam praestare puto, ut et الفاختة et ابو ذر in generalem sensum accipiantur. Prius ergo *palumbem torquatum* significat, et alterum (si Castelli, Meninskii et Richardsoni Lexicis fides haberi potest) *hominem*. Quo admisso, verba illa, in Par. Cod. oblata, hoc significant: *Et dixit de viro mendaci: Palumbes torquatus apud illum homo est;* hoc est: *Res diversissimas mentiendo inter se confundit.* W.]

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 44 vs. 10 seq.), ubi post وقال continuo sequitur وجدت الخ.

2) Id est: *Spes hominis longa, vita brevis est.* معدود (ex potestate participiorum passivorum, quae vim quoque habent Latinorum in *ndus*) significat, non tantum rem *numeratam*, sed etiam talem *quae numerari potest*, sive *quae haud ita multa numero est.* Conf. ·al-Qor. II. 74, XII. 20; et infra, p. ٤. vs. 18.

3) Idem de eodem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 45 vs. 12 seqq.; ed. Cool. p. ١٣ n. ٦٨), ubi pro verbis quae hic praemissa sunt (كتب — منها), sequentia exstant: كتب فى وصف آثار الربيع; et ubi porro (omissis etiam iis, quae ex Cod. Par. in versione expressi) post والهواء مسك additum est وشى, et pro الطير scriptum الطيور, quod in Par. quoque Cod. offertur.

lacerare necessitudines sacrosanctas. — Et dixit viro cuidam ex sodalibus suis, qui *domum aedificaverat*, ac vehementer illà delectabatur: Est ea nidus tuus, et sita est in eà jucunditas vitae tuae. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Cuspides calamorum *scribarum* penetrant in ipsam intimam partem nigredinis cordis [1].

Abū-Naçr ibn-abī-Zaid, Wezīr*us* ar-Raçī*i* [2] et Nāçiro'ddīn*i* Abū-Mançūr*i*. Dicebat, cum contemtu loquens de quodam inimico suo: Fieri non potest ut efficiat (tale quid, quale est) morsus formicae et punctio apis et delapsus culicis in palmam. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Donum (acceptum) avertit difficultatem vitae mundanae, et vitae futurae poenam avertit eleëmosyna (data).

Abū-Isḥāq Ibrāhīm ibn-Ḥamza, Wezīr*us* Abū-Alī*i* as-*Simgūrī*. Audivi eum dicentem: Oportet inferiores homines, antecedere primoribus in tribus locis: quando iter faciunt noctu, aut ingrediuntur torrentem, aut obvii adoriuntur equites.

P. ٣٧ Abū-'l-Ḥasan al-Ahwāzī, Wezīr*us* Domini aç-*Çagānijān*i [3]. Dixit: Cujus pulcher est status, illius vel absurda dicta pulchra habentur. — Justitia est validissimus exercitus, et securitas saluberrima vita. — Et qui serit simultates, metit calamitates [4].

Abū-'l-Qāsim Aḥmed ibno-'l-Ḥasan, Wezīr*us* Sultani Maḥmūd*i*. Quem non promovet sua firmitas, hunc retromanere facit imbecillitas sua. — Et ex rescriptis ejus hoc fuit: Quot humiles extulit virtus indolis suae, et quot in alto gradu collocatos dejecit sua stupiditas! — Et rescripsit in libello supplice alicujus qui ambierat sibi *praefecturam*: Sul-

---

1) [Vox بُثْنَى, quam sententia loci hic requirere videbatur, et quae in Par. Cod. reverà exstat (contrarium certe a Slaneo non notatum est), femininum esse debet formae intensivae أَبْطَنُ, quod *substantive* positum, *intimam partem* hic significet. Pro سواد nescio quomodo in Par. Cod. scribi potuerit سيوف; sed الكتاب contrà, post اقلام ibi additum, certissime bonum est. Vehementer jam dubitaveram, an simpliciter أَسِنَّةُ أَقْلامٍ ab auctore scriptum esset, quum articuli absentia non placeret; eoque magis nunc persuasum est, اسنّةُ أَقْلامِ الكُتّابِ legendum esse. Sensus dicti, ut facile vides, hic est: *Scribae facundi intimum cor movent et agitant.* W.]

2) [Pro الرّاضى sine dubio hic scribendum est الرّضيّ. Vide *Indicem*. W.]

3) [De الصغانيان haec in Lex. Geogr. scripta sunt: صغانيان بالفتح وبعد الالف نون ثم ياء مثناة واخره نون والعجمُ يقولون جغانيان ولايةٌ عظيمة واسعة بما وراء النهر اعمالُها متّصلة بتَرْمِد فيها جبالٌ وسهولة (l. وسُهُول) Cum quibus conferantur ea quae exstant in Abū'lf. تقويم البلدان, ed. Par. p. ٥٠٤ seq. (ubi recte etiam articulus praefixus est). W.]

4) Idem dictum exstat in Zamaćšarīi الكلم النوابغ, ex edit. H. A. Schult. p. 16 n. 13.

tanus te (nummorum instar) versavit et discreverit, eo exitu ut adulterinum te declaraverit [1], et jam juraverit se non praefecturum te. — Et in libello supplice praefecti tabellariorum: Diligenter persevera in alligandis (equorum habenis): tunc spero tibi obventuram (praefecturam) Âmolí.

CAPUT VII.

exhibens facetias Scribarum et virorum eloquentium.

ÂBDO'LḤAMÎD ·IBN-JAḤJÂ, Scriba Merwânis. Ex dictis ejus hoc fuit: Calamus est arbor, cujus fructus sunt venustae sententiae; et cogitatio est mare, cujus margaritae sunt sapientia. — Et dicebat: Si descenderet divina revelatio in ullum post Prophetas, descenderet in Scribas facundos. — Et de eloquentiâ agens, dixit: Est ea res quâ delectantur primeres, et quam intelligit vulgus [2]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Optimus sermo is est, cujus verba sunt admissarius, et cujus sensus est virgo intacta [3].

ISMÂÎL ·IBN-ÇOBAIḤ (?), Seriba ·ar-Rašîdí. In conjungendâ gratiarum actione cum petitione pluris in unâ sententiâ, nihil unquam pulchrius et brevius inter se connexum est, quam quod scripsit ille ad Jahjâum ·ibn-Câlid: Gratiae agendae pro eo quod praecessit de beneficentiâ tuâ, ita occupant, ut tardum non habeatur id quod retremansit de eâ [4]. — Et dicebat: Scriptura oculis est nigra, mentibus candida [5]. — Et dixit amice cuidam, qui benefactum patraverat: Hec tibi fidèm servabit, quando perfide te habent amici.

ÂMR ·IBN-MASÂDE, Scriba ·al-Mamûní. Dicebat: Paucum quod manet, melius est

---

1) Haec significatio 2ae formae زيّف in Lexicis non enotata est. Facile tamen sequitur ex illâ vi 1ae formae, quâ tanquam verbum neutrum significat: *improbus fuit, ut non admitteretur*, nummus.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 33 vs. 1), ubi pro verbis ذكر البلاغة فقال هي, scriptum est: كان يقول البلاغة.

3) Id est: *cujus verba robore, et cujus sensus novitate excellunt.*

4) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 35 vs. 1 seqq.; ed. Cool. p. I. seq. n. ٤٩), ubi similis laudatio his verbis praemissa est: قال صاحبُ الكتابِ لم أَسْمَعْ ولم أَقْرَأْ أَحْسَنَ وأَظْرَفَ فى الجمع بين الشُّكْرِ والشِّكَايةِ فى فَصْلٍ قصيرٍ وأَوْجَزَ ممّا كتب الى يحيى بن خالد. Tum in initio ipsius dicti, ante فى شكر, انا ibi additum est, et in fine ejus, pro منه, male scriptum عنه (Coolius in textu recte منه edidit; sed in *Corrigendis* (p. 298) pro eo restitui jussit عنه). [In censurâ *Grammaticae Arab.* Cl. Roordae, quam supra, p. 41 seq. ann. 6, citavi, a me jam dictum est (p. 552 seq.), illud انا in eo loco servari non posse, nisi post شاغلٌ inseratur لي, quod ob antecedentem litteram ل facillime excidere potuit. W.]

5) Cum *candido* colore *nitoris* et *gratiae* notio apud Arabes conjuncta est.

quam multum quod finem habet. — Et dicebat: Omnia quae bona sunt domino, servo sunt illicita. — Et scripsit ad ·al-Ma·mûn*um*: Scribae mei et qui apud me sunt ex militibus et praefectis Principis credentium, quod ad obedientiam et obsequentiam attinet, in optimo sunt statu in quo esse possit obedientia militum, quorum stipendia procrastinata et quorum res extennatae sunt. Quo lecto ·al-Ma·mûn*us* dixit Ahmed*i* ·ibn-Jûsof: O divinam Amr*i* virtutem! quam eloquens est! nonne vides, quomodo involvat petitionem relationi, et immunem servet Principem suum a verborum multitudine?

P. ٣٨ ʼIBRÂHÎM ·IBNO-ʼL-ʻABBÂS ·aç-ÇÛLÎ, Scriba ·al-Moʻtaçim*i* et ·al-Wâtiq*i* et ·al-Motawakkil*i*. Dicebat: Similes sunt amici igni: cujus exiguum necessaria ad vitam res, et cujus multum est pernicies. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Epistola sine adscriptâ temporis notâ, est nomen sine definitione, et jumentum sine signo. — Ac dicebat: Qui librum legit [1], melius *quam auctor ejus* videt locos ubi vitiis laborat.

SAʻÎD ·IBN-HOMAID, Scriba ·al-Mostaʻîn*i* et aliorum. Scripsit ad aliquem amicorum suorum, *quo cum ad se invitaret:* Ortae sunt stellae, exspectantes plenam lunam suam: placeat ergo tibi oriri, antequam illae occidant [2].

AL-HASAN ·IBN-WAHB. Interrogatus aliquando de loco in quo noctem transegisset, respondit: Bibi heri super monili Pleiadum et zonâ Orionis [3]; ac postquam evigilavit aurora, dormivi, neque expergefactus sum nisi eo, quod tunicâ Solis indutus eram [4]. —

---

1) Quinta forma تصفّح, cum accus. constructa, hoc idem significat in Abû'lfaragi *Hist. Dyn.* p. 104 vs. 11, et in praefat. ʼIbn-Callic., ex edit. Wüst. Fasc. I. p. ٤ vs. 1 a f., Slanei T. I. 1 p. ٢ vs. 2 a f. Conf. etiam libri كليله ودمنه p. ٥٦ vs. 2.

2) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 41 vs. 7 seqq.; ed. Cool. p. ١٣ n. ٩.), ubi (omissis كاتب — وغيره) pro له — كتب scriptum est: كتب الى محمّد بن مكرّم يدعوه الى مَجْلِس أُنْسه; at porro pro النجوم exstat الكواكب, ac denique a Taʻâlibio distichon adjectum est ejusdem atque ea verba sententiae.

3) [Uti notum est, tres stellas quae ad sidus Orionis pertineant, *zonam* ejus, sive *cingulum*, dici (conf. Hydei *Comment. in Ulugh Beighi Tabulas*, p. 60], ita ratio hujus loci evidenter arguit, etiam certas stellas sideris Pleiadum ab Arabibus *monile* earum appellatas fuisse. Caeterum, sensus hujus dicti plane illustratur superiori illo (p. ٣٩ vs. 1), de quo dixi in p. 69 seq. ann. 6. Vult enim: *Bibi heri in sodalium circulo, quos intima inter se conjunctio continebat.* W.]

4) Id est: *quod Sol me vestis instar ab omni parte radiis suis tegebat.* — Idem vero narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 40 vs. 10 seqq.); at ibi pro مبيتة legitur شَبيبته, de *juventute suâ*, et omittitur sequens البارحة: ita ut quod ex alterâ lectione de unâ tantum nocte, ex alterâ de continuato vitae tempore dictum sit. Praeterea pro تنبّه ibi scriptum est انتبه.

Et familiarem laudavit his verbis: Est ei indoles, qualem cupiunt amici ejus [1]. — Et cantorem describens, dixit: Videtur formatus esse ex omnium hominum corde, ita ut unicuique possit canere quod maxime diligat [2].

Aḥmed ibn-Solaimán ibn-Wahb. Dicebat: Pulcherrimus sermo is est, quem non ejiciunt aures, et quo occupata non fatigantur ingenia.

Abû-'Otmán al-Ǵâḥiẓ. Dixit, describens librum: Est theca plena scientiae, et vas impletum lepore; et quis tibi praebebit [3] viridarium, quod (ut hoc) in gremio versari, et hortum, qui (ut hic) portari possit in manicâ [4]? — Ac descripsit otidem his verbis: Merda ejus sunt arma ejus [5]. — Item pullum gallinaceum hisce: Egreditur (ex ovo) vestitus et victum quaerens [6]. — Et dicebat: Qui librum facit, scopum se constituit; ac si rem bene perficit, animos in se propensos reddit; sin male, lapidibus petitur [7]. — Et

1) Idem relatum est in libro laud. (MS. p. 41 vs. 5 seq.), ubi tamen pro صديقا scriptum est محمد ابن عبد الملك, at pro خُلُقٌ له, خُلُق. [Fortasse hic etiam, per facillimam transpositionem, legendum est: ومدح صديقا له فقال خُلُق. W.]

2) Idem hoc quoque ibidem traditur (MS. p. 41 vs. 2 seq.), at pro ultimis verbis, كلّا ما يشتهيه, haec ibi scripta sunt: كما يشتهى اخوانه.

3) Hanc loquendi formulam vide apud Sacyum, *Gr. Ar.* T. I. p. 477 n. 1052.

4) Secunda pars hujus dicti, sed inverso ordine et aliis in fine verbis additis, etiam tradita est in libro لطائف الصحابة (MS. p. 52 vs. 13 seqq.), ubi nimirum haec exstant: وقال فى وَصْف الدَّفْتَر من لك بِبُسْتان يُحْمَل فى كُمّ وروضة تُقلَّب (sic) فى حِجْر يَنْطِق عن المَوْتى ويُتَرْجِم كلامَ الأَحْياء. Id est: *Et dixit, describens quaternionem: Ecquis tibi praebebit - - - in gremio? Loquitur ille de mortuis, et explicat sermonem vivorum.*

5) [Hoc dictum ex eo explicandum puto, quod avis illa, magnae formae, tardi incessûs et volatûs, si ipsam persequantur homines, terrore agitata identidem stercus emittere solent, itaque haec velut arma adversariis suis opponere videatur. W.]

6) Idem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 52 vs. 9 seqq.), his verbis: وصف الفُرُّوجَ (sic) بلفظتَيْن متوازيتين (متوازِنَتَيْن .l) متشابِهتَيْن لا أَحْسنَ ولا أَظْرفَ منهما فقال يخرج الخ. Id est: *Descripsit pullum gallinaceum duobus vocabulis, numero inter se paribus et externo habitu finitimis, quibus nihil pulchrius aut lepidius cogitari potest; nempe haec dicens: Egreditur* caet.

7) [Simile dictum, sed paullo diversâ ratione expressum, offertur in Scholiis ad Ḥarírii المقامات, ed. Sac. p. ٦ vs. 1 seq.: من ألّف كتابا او قال شعرا فانّما يَعْرِض عقلَه على الناس فانْ اصاب فقد اسْتَهدف وان اخطأ فقد اسْتَقْذف, *Qui librum facit aut poëmata fundit, nihil agit aliud*

ex dictis ejus hoc fuit, quum de Hāsimīdis loqueretur: Sunt illi sal terrae, et cremor gloriae, et lorica legis religiosae.

'Ibrâhîm 'an-Nattâm. De vitro loquens, descriptionem ejus [1], in duobus enuntiatis, expressit brevissimis verbis et perfectissimo sensu, dicens: Festinat ad illud fractio, ipsum vero non admittit reparationem. — Et quum ei dictum esset: An disputas nonnunquam cum *Abū*-'l-Hodailo? respondit: Disputo, et argumentis meis ita eum urgeo, ut qui in ludo latrunculorum adversarium monet, illius Regem a suo Dromade infestari [2].

Abū-'l-Aina. [3]. Dixit 'Obeido'*l*lâho 'ibn-Solaimân: Misericordia nostri est in dejectione tuâ, et in praefecturâ tuâ votorum nostrorum frustratio [4]. — Et dixit Abū-'ç-

quam ut ingenium suum hominum judicio exponat; ac si bene perfungitur re suâ, erectum se tenet, sin male, lapidibus petitur. Altera traditio multo mihi melior videtur. W.]

1) Pronomen e verbi اخرج, per potestatem huic propriam (*enuntiandi*, *efferendi*) non ad nomen الزجاج, sed ad infinitivum ذِكْر, qui ex antecedenti verbo ذكر facillime suppletur, referendum est. Vera igitur verborum vis haec est: ذكر الزجاجَ فاخرج هذا الذِّكْرَ فى الحج.

2) [Propria verborum vis his Latinis exprimitur: *et pono illi*, sive *objicio illi*, *de mente meâ latrunculum Dromadis.* Illustranda igitur haec locutio est ex Schahiludio, et quidem ex illâ ejus formâ, quae apud Orientales usitata est. Apud hos enim is latrunculus, qui apud nos *castellum* appellatur, nomen et figuram habet *dromadis* sive *dromadarii* (الرُّخّ: conf. Hydei *Histor. Schahilud.* p. 109—117); atque inter res lusori maxime periculosas haec est, si nudo illius Regi validissimus ab altero Dromas objicitur, hoc addito monito: شَاهْ رُخّ (*Regi imminet Dromas*). Conf. Hydeum l. l. p. 128 seqq. W.]

3) [In nostro Cod. sequentia dicta eidem cui proxima ('an-Nattāmo) tributa sunt; in Par. contrà novum hic capitulum incipit, cui superscriptum est nomen viri, cumprimis eleganti doctrinâ, festivitate et lepore, excellentis, Abū-'l-Ainā*i*. Tam hujus quam 'an-Nattām*i* nonnulla etiam dicta in libro لطائف الصحابة commemorata sunt (MS. p. 52 vs. 7 seq., et p. 53 vs. 6 seqq.); at inter ea ne unum quidem est quod hoc quoque loco tradatur. Quaestio igitur, utri Codici major fides habenda sit, ex illius libri collatione illustrari non potest: et tamen non dubitavi, auctoritatem Parisiensis sequendam esse, tum quod mirum foret, si Ta'ālibius in hoc Capite virum adeo celebratum silentio transiisset; tum, quod ex hujus vitâ, ab 'Ibn-Ćallicâne scriptâ (ex edit. Wüstenf. Fasc. VII. p. ٢٢ seqq., Slanei T. I. 5 p. ٧٠٨ seqq.), manifesto apparet, ei cum Wezîris de quibus hic mentio fit (عبيد الله بن سليمن et ابو الصَّقْر) reverâ necessitudinem fuisse. Inter plurima tamen acuminis ejus specimina, quae 'Ibn-Ćallicân ibi citavit, nullum quoque est, quod cum dicto hic tradito conveniat. W.]

4) [Perquam ambiguum hoc dictum est. Ut a Weziro illud accipi voluit, querelam continet de rogatione non exauditâ, cum testificatione intimi amoris atque devotionis conjunctam: *Mors nostra est in dejectione tuâ, et i. p. t. v. n. f.;* id est: *Nos, qui vivere non possemus te dejecto, votis excludimur te rebus praefecto* (nimirum notum est, vocem مَرْحُوم, *misericordiâ affectus*, specialiter quo-

Çaqro: Quousque me (honore) extollet Wezîrus, et dedignabitur (tamen) rogationi meae annuere [1]? — Et quum (Wezîrus ille) aliquando ei diceret: Qualis est status tuus [2]? respondit: Tu status meus es, ita ut, quando tu bene te habeas, ego me bene habeam. — Et quum (idem), die quodam, honoris accessione eum ornasset, dixit: (Pariter juvat) quam proxime ad se adducere amicum, et exclusum prohibere inimicum [3]. — Ac dicebat: Quando abeunt homines eximium in modum praeclari, emoritur decori studium in patiendis adversis [4]. — Et postquam 'Obaido'lláh ·ibn-Jahjâ ·ibn-Câqân lapsu ex equo suo

que *mortuum*, h. e. *in misericordiam Dei receptum*, significare). At facile apparet, idem hoc dictum etiam hunc habere acerrimum et infestissimum sensum: *Miserebitur nostri Deus te dejiciendo, et spem nostram frustrabitur quamdiu te in praefecturâ conservat.* W.]

1) Dictio رفع به رأسا a Freyt. in Lexico suo (in v. رفع) commemorata et his verbis explicata est: *annuit, exaudivit.* Et facile quidem intellectu est, quomodo propria vis τοῦ رفع راسا, *erexit caput* (*curis et metu depressum*), in sensum *exaudiendi, annuendi*, transierit; verum ex illo loco non liquet, utrum pronomen ه in به ad *rem*, an ad *personam*, referendum sit; id est, utrum proprie verti debeat *erexit ob re caput*, an *erexit per illum* (*illi annuendo*) *caput*. Posterius ex loco hic oblato verum esse apparet.

2) *Quomodo vales?* 3) Constructionis eadem ratio et vis est, atque in loco p. ٣٩ vs. 17.

4) [Ex Par. Cod. dixit: *Abiere praeclarissimi homines, ac* (*prae dolore ex abitu eorum suscepto*) *mortui sunt ii qui studium posuerant in adversis decore ferendis.* Ex hac igitur lectione factum quoddam spectavit; ex alterâ generalem sententiam protulit, cujus hic sensus est: *in nullâ re difficiliorem esse patientiam, quam in discessu eorum, quos ingenii animique virtutibus praeclarum in modum excellere cognoveris.* — Est tamen in hoc quoque dicto, praesertim ut in nostro Cod. se offert, magna sententiae ambiguitas: uti enim supra jam dictum est (p. 65 ann. 6), اهل الفضل ét eos significare *qui praestantiâ excellant*, ét eos *qui in opum abundantiâ positi sint* (conf. etiam p. ٣٣ vs. 19), ita haud unus quoque sensus est, in quem ex linguae usu vox التجمّل accipi possit. Nimirum 5ª forma تَجَمَّلَ, quae proprie exprimit: *pulchrum, decorum, se fecit, se exhibuit*, ét de externo ét de morali decore usitata est. Tum ergo significat: *se condecoravit, decorus evasit* (conf. Cool. p. ١٩ vs. 4); *comtum et decoro habitu se exhibuit* aliis (فتوح مصر, p. 16 vs. 1 et 5); *decoram sibi speciem conciliavit* per illorum comitatum (Abû'lfarag. *Hist. Dyn.* p. 186 vs. 11); *vitae splendore et pompâ se conspicuum fecit* (unde تَجَمُّل ergo saepissime est *pompa, vitae splendor*, aut *splendidus* exercitûs *apparatus*: ut apud Abû'lf. in *Ann. Mosl.*, T. IV. p. 304 vs. 8, p. 336 vs. 10, p. 622 vs. 11 (quo postremo loco male تحمل exaratum est); ac *Vitae Tîmûri* T. II. p. 408 vs. 12); tum, morali sensu, *decorum, moderatum, gravem, patientem, in rebus adversis ferendis se praebuit* (ut in 'Imrao'lqaisi *Moall.* vs. 3; in Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ١٥ vs. 4 a f. (coll. p. ٢١ vs. 2 et p. 109 vs. 19 seqq.), itemque p. ١٥٧ vs. 1 a f. et p. ١٥٨ vs. 1). Ex quibus manifesto jam sequitur, verba illa اذا ذهب اهل الفضل مات التجمّل, non magis illum quem vertendo expressimus, quam hunc quoque sensum habere: *Quando abeunt homines opulenti, emoritur vitae splendor.* W.]

mortuus erat, dixit: Nos Dei sumus [1] occidit generosus (equus) generosum (virum). — Et quum ipse propter adversum fortunae casum pedibus incederet, dixit: Descendere in pedes me fecit *casus qui incidit*.

P. ٣١ **Abū-'l-Qāsim 'al-Iscāfī.** Ex dictis ejus hoc fuit: Confuge ad averruncum Deum a citis irae motibus juvenum et ab odiorum excitationibus Satanae [2]. — Item hoc: Fortunae sunt vicissitudines quae convertuntur et casus qui circumeunt [3]. — Atque ejusdem est hoc, quod in epistolâ scripsit: Gratiarum actio *id est quo increscit beneficium*, et in fide manere id est quorum bonus successus est conjunctus.

Abū-Jahjā 'al-Hammādī. Scripsit ad illum aliquis ex amicis ejus libellum, quo se excusaret quod retromansisset a praesentiâ ejus et defuisset officiis suis ei praestandis. Cui rescripsit in dorso libelli: Tibi amplissima est excusatio apud fiduciam meam tibi habitam, et angustissima apud desiderium meum quo erga te feror. — Et senem describens, haec scripsit: Ille est vetulus decrepitus: deminuit tempus mentem ejus, uti deminuit corpus ejus.

Abū-'l-Qāsim [4] 'Abdo'l-azīz 'ibn-Jūsof. Scripsit in diplomate ad Praefectum aliquem: Indue tibi vestem integritatis tuae ita, ut contegat omnes extremitates corporis tui. — Ac scripsit ad turbam quandam rebellium: Cavete, ne transportet vos Deus in pocoam audaciae vestrae [5] ad loca lethalia mortis vestrae.

Abū-Sa'd 'al-Wādīrī. Scripsit ad 'Ibne-'l-'Amīd*um*: Ego — velit Deus corroborare Dominum [6] — sum Salmān [7] domûs ejus, et Abū-Heraira circuli ejus, et Anas [8] ministerii

1) Solennis haec Moslimorum exclamatio est in casibus inopinatis et diris.

2) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 43 vs. 4 seq.), ubi pro استعذ in plurali numero legitur استعيذوا, et ultima vocabula inter se transposita sunt (نزغات الشيطان ونزقات الشبّان). Vide quoque locum Harīrīi, ex edit. Sac. p. ١١٩ vs. 1 seq.

3) Ex Cod. Par. sensus hujus dicti plane idem est (*Fortunae sunt vicissitudines quae circumeunt, et casus qui convertuntur*); sed externa ejus forma, propter simillimum verborum sonum, majorem etiam habet commendationem.

4) [In textu edito haud accurate scriptum est ابو القَسِم: restitue ابو القْسِم. Itemque supra, in p. ٢. vs. 2, pro الحَرِث, الحْرِث; et in versionis ergo p. 36 vs. 8 etiam pro Al-Harīt, Al-Hārit. W.]

5) [Sine dubio pro بقَدامكم, *pedibus vestris*, quod vitiose in textu est editum, substitui debet id quod vertendo expressimus, باقْدامكم. W.]   6) Conf. supra, p. 70 ann. 2 in fine.

7) Male Freytagius in Lex. suo formae سَلْمان significationem tribuit *propriae, exquisitae partis* (ex loco, ut videtur, Scholiorum ad Harīr. p. ٤٠٩ vs. 13 a f.). Forma illa haud aliâ unquam vice quam *nominis proprii* fungitur. Vide *Indicem*.

8) [In text edito pro وانّس substitue وأَنَس. Sic enim pronuntiandum hoc nomen esse, quod vulgo

ejus, et Bilāl vocationis ejus, et Hassān laudationis ejus [1].

Abū-'l-Abbās 'al-'Oqlīdisī. Dicebat: Res in quibus animi propensio se infixit, avocant a rebus quae necessario sibi curam animique ardorem postulant [2].

Abū-Becr 'al-Cowārezmī. Dicebat: Generosus est ille, qui in honore habet homines ingenuos; et minuti animi is, qui magni facit nummos aureos [3]. — Et scripsit epistolam, *cujus* in articulo quodam haec dixit: Quietem mihi dedit Šeicus [4] per beneficentiam suam; imo melius, fatigavit me per gratias ipsi agendas; ac levavit dorsum meum pondere aerumnarum; imo melius, gravavit illud oneribus favorum; ac reviviscere me fecit implendâ spe; imo melius, mori me fecit ingenti pudore [5]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: (Idem est) reminisci ubi fuerat oblivio, ac debitum exigere ubi fuerat conniventia [6].

Abū-'l-Faḍl 'al-Badī' 'al-Hamadānī. Ex dictis ejus hoc fuit: Egregius socius est propitium (Dei) moderamen. — Ac dicebat: Odium amantis breviori vitâ est, quam ut exspectet excusationem [7]. — Et ex dictis ejus hoc est: Ratio hominis in benefaciendo eadem

---

male efferri solebat *Ans*, manifesto apparet ex his Fīrūzābādīi verbis: والأَنَسُ محرَّكةً الجماعةُ الكثيرةُ والحَىُّ المُقيمون وبلا لام خادمُ النبىّ صلّى الله عليه وسلم. W.]

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 43 vs. 13 seqq.), ubi pro الواذارى scriptum est الوذارى.

2) De hac potestate vocis خَقِيقَة conf. *Oriental.* Vol. I. p. 404 ann. *f.*

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 55 vs. 10 seq.); quo loco posterior ejus pars ita plane, ut in Par. Cod., se offert. Sensus utriusque lectionis eodem redit: secundum illam enim dixit: *et magni vir animi is, qui parvi facit nummos aureos.*

4) Hoc titulo eum ipsum designari vides, ad quem epistola scripta sit.

5) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 55 vs. 6 seqq.; ed. Cool. p. ٢٩ seq. n. ٨٣), ubi pro verbis hic praemissis: كتب — — منه, legitur: لم أَسْمَعْ فى رسائله فصلا أَظْرَفَ من قوله; ac porro pro من ثقل scriptum est عن ثقل, at in fine haec adjecta sunt: فانا له رَقِيقٌ بَلْ عَتِيقٌ، وأَسِيرٌ بَلْ طَلِيقٌ، *ita ut ego illius sim servus, imo manumissus; et captivus, imo libertati redditus.*

6) Constructionis eadem ratio est, atque in loco superioris paginae vs. 3 a f. Nec dubium, credo, quin hoc voluerit: *Aeque turpe est, reminisci injuriae illatae, postquam oblivionis; ac debitum exigere, postquam remissionis gratia data est.*

7) Haud minus bene se habet lectio, in Par. Cod. oblata, غَضَبُ العاشق, *ira amantis.* Vult, ut vides: *iram amantis etiam ante sedari quam amica excusationem proferat.*

est ac ratio arborum in fructibus ferendis: quare necesse est, quando beneficium praestitit, P. ۴. ut praestatio ejus quieta relinquatur isto anno [1]. — Item hoc dictum: Canis *laborat vitiis quando* [2] pinguis est; neque persequitur quando satur est; ac quando esurit, non cogitat de redeundo (antequam praedam teneat). — Et dicebat: Rem narratam, quando relatio ejus continuatâ auctorum serie innititur [3], mens (ut veram) admittit. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Non quodque fluidum aqua est, nec quodque tectum coelum, nec

---

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 57 vs. 5 seqq.; ed. Cool. p. ۱۷ n. ۸۹). Ibi vero haec praemissa sunt: وكتب الى مُسْتميحٍ عاوَدَه مرارا, *Et scripsit ad virum qui donum petebat et jam saepe rogationibus suis eum urserat;* ac porro pro سبيل in priori loco legitur مثل et in posteriori كمثل; tum pro الاثمار, ut in Par. Cod., الثِّمار; ac denique pro اتيته, السنة الى سنة (quod optimum quoque sensum praebet).

2) [Sine dubio hic recte in Cod. Par. offertur يزمن et حين. Quae vero causa Freytagium moverit, ut in Lexico suo, plane aliter quam Golius praeivisset, verbo زَمِنَ formaeque زَمِنٌ solam tribueret hanc specialem significationem: *paralysi affectus fuit*, et *affectus paralysi*, nequaquam perspicio. Gauharius haec scripsit: والزَّمانةُ آفةٌ فى الحَيَوانات ورجلٌ زمِنٌ اى مُبْتَلًا بَيِّنُ الزَّمانة: *forma* زَمانة *significat* noxam, corruptelam (quâ animalia affecta sunt); *et homo* زَمِنٌ *dicitur*, *quando* laboribus et aerumnis tritus est et comparent in illo corporis vitia. Et in al-Qāmūso haec plura exstant, sed maximam partem ejusdem sensûs: والزَّمانةُ الحُبُّ والعاهةُ زَمِنَ كفَرِحَ زَمَنًا وزُمْنَةً بالضم وزَمانةً فهو زَمِنٌ وزَمِينٌ ج زَمِنون وزَمْنى. Quibuscum digna quoque sunt quae conferantur, haec in Scholiis ad Ḥarîr. oblata, p. ۲۷۳ vs. 3 a f. seqq.: الزَّمِنُ — حالُ الزَّمِنِ وهو الذى كان به زَمانةٌ والزمانةُ عَدَمُ بعضِ الأعْضاء وتَعْطيلُ القُوَى. Ex his igitur evidenter apparet, valde generalem esse notionem, quae ei verbo subsit (pro exemplo vide Abū'lf. *Ann. Mosl.* II. p. 582 vs. 9); simul vero etiam, non mirum esse, sicubi haec ad sensum magis specialem restringatur, v. c. τοῦ *claudum esse* aut *paralyticum*. Conf. Castelli Lex. et Abū'lfar. *Hist. Dyn.* p. 210 vs. 2; in cujus operis alio loco, p. 339 vs. 8 a f., عُقَدٌ زَمِنٌ significat *scirrhoma quod ex corruptis humoribus concrevit*. W.]

3) Verbum تواتر disciplinae Traditionis proprium est. Vide locum Abū'lfaragi in Pocockei *Spec. Hist. Arab.*, ed. 2ª p. 16 vs. 5, et Pocock. annot. ibid. p. 195. Item Sacyi annot. in *Chrest. Arab.* T. I. p. 460 seq., et Abū'lf. *Ann. Mosl.* T. III. p. 96 vs. 1.

quaeque demus Demus Dei, uec quisque Mohammed Legatus Dei. — Atque ex sententiis ejus haec est: Pleuritide laboranti venene est mel, et Sol videtur turpis oculis lippis. — Ac dicebat: Qui non invenit luxuriantem herbam, pascitur pabulo aride.

Abū-'l-Farag 'al-Babbagā. Ex dictis ejus hoc fuit: Cognita habere secreta instrumentorum, validissimus adjutor est ad artes (perite exercendas). — Item hec: Praescripta generesitatis sunt debita. — Et scripsit in vituperationem avari cujusdam: Nen est ille nisi lana canis, et medulla formiculae, et lac avis. — Et ex dictis ejus hec fuit: Multi sunt oppressores qui queruntur se opprimi. — Et dicebat: Scribere ad se iuvicem [1] est explicare animi prepositum.

[2] Abū-'l-Fatḥ 'al-Moḥsin 'ibn-'Ibrāhīm. Scripsit die quodam vehementer frigide: Hic dies est, cujus prunarum flamma remissa, et cujus vinum gelu constrictum est; et que levis est heme gravis, quande (domum) reliquit, et gravis est homo levis, quando (domum) subiit [3].

Aḥmed 'ibn-'Alī 'al-Micālī. Pervenit (ad me) epistola tua, et inveni eam complanantem loca salebrosa, et exhilarantem moestum, et evacuantem uniones reconditos [4]. — Et ex dictis ejus hec est, Prophetam describentis: Tu vir es quem laudatissimum reperi, et ad quem prepterea annixus sum; ac quem discrevi ut eptimum, et cui ideo absolutam fidem habui.

Filius ejus, Abū-'l-Faḍl 'Obaido'llāh.. Ex sententiis ejus haec fuit: Beneficium est sponsa, cujus des est gratiarum actie, et vestis, cujus asservatie est divulgatie [5]. — Item haec: Multi sunt qui errant in uuntie perferende. — Et haec: Calamus est jumentum manûs, quod incedit cum equite sue leniter, et vestit *digites* nitore [6].

---

1) Ǧauharius, in v. كتب, scripsit: والْمُكَاتَبَةُ والتَّكَاتُبُ بِمَعْنًى.

2) Sine dubio hic recte in Par. Cod. أبنه omissum est: nam Abū-'l-Farag 'al-Babbagā. proprium nomen habebat 'Abdo'lwāḥidi (vide *Indicem*), hic autem Abū-'l-Fatḥ 'al-Moḥsin *filius Ibrāhīmi* dicitur.

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 46 vs. 10 seqq.), ubi pro فى يوم شديد البرد legitur: فى وصف يوم بَارِد.

4) Id est: *et tot expromentem pretiosissimi generis gemmas, ut omnem earum copiam exhausisse videatur.*

5) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 49 vs. 9), ubi nomen viri sic offertur: ابو الفضل عبد الله بن احمد الميكالى; et porro pro من قوله praemissum est من كلامه كان يقول طريف, ac pro صونه scriptum صوانه. Praeterea prior hujus dicti pars, usque ad الشكر, in eodem libro (p. 47 vs. 4; ed. Cool. p. ١٣ u. ٦١), etiam tribuitur Abū-'l-Fatḥo 'al-Bostī, de quo vide hujus ipsius paginae vs. 19 seqq.

6) Id est: *et tingit digitos nitenti atramenti colore.*

Abû-'l-Qâsim ibn-Hasûla (?) al-Hamadânî. Ex dictis ejus hoc est, in aliquâ epistolarum ipsius: Quis status est hominis [1], cujus aetas jam trita est et complicata, quique pervenit ad littus vitae, et stat super clivo valedictionis, et imminet mansioni aeternae, et de quo non supersunt nisi anhelitus haud ita multi [2] et motus sat pauci, et spatium temporis (brevi) evanescens et certus numerus dierum ludentium [3]!

Abû-'l-Fath *Alî* ibn-Mohammed al-Bostî. Scripsit de victoriâ quâdam: Scribo haec, postquam afflatum venit ventus victoriae ex regione suâ, et dum terra splendet luce Domini sui. — Atque ex dictis ejus hoc fuit: Donum oblatum est funis (quo attrahitur) res

P. ٤١ petite; et serenitas vultûs est lux virtutis; et familiaritate uti est curare ne durum te praebeas [4]. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Si nos non cupimus fructum abundantiae tuae,

---

1) Haud dubium videtur, quin se ipse describat.

2) Conf. supra, p. ٣٩ vs. 8 et p. 71 ann. 2. Sequens مَحْصُور hic proprie significat: *qui facile numero comprehendi potest.*

3) [Suspecta mihi vis est, quam Freyt. in Lex. suo inter alias voci عِدَّة tribuit, haec scribens: » *Vetustas senum*, propr. *Numerus annorum*. Reisk. ad Gol." De quâ si constaret, certe huic loco optime conveniret; nec necesse tamen est, de alio vocis usu, quam certo illo et consueto, hic cogitare, ex quo in universum significat *numerum*, *multitudinem*, et peculiariter *definitum istum mensium ac dierum numerum*, *per quos mulieri*, *sive viduae*, *sive repudiatae*, *a novis nuptiis abstinendum est*. Quod vero suam illam عِدَّة (*certum dierum numerum*, *sibi adhuc relictorum*) *ludentem* dicit, id eo spectat, ut prae senio jam nullis aliis quam ludicris rebus se occupari, et serias omnes missas fecisse, significet. — Quae in Cod. Par. inter hunc locum et sequentem interposita sunt, ita ut feci emendata praetereaque pro المراد substituto المَرَّاد, hunc sensum habent: *Judex Abû-'l-Hasan Alî ibn-Abdi'l-Azîz. Haec* (*domûs tuae*) *area pascuum praebet* (*hominibus*) *abundans pabulo: cur ergo quod ego inde expeto mihi difficile acquisitu est? Et cura, quâ me prosecutus est Dominus meus, tanta fuit ut augmentum ejus rogari non posset: cur ergo nunc ad eum statum deveni, ut commeatu caream?* Video jam, idem hoc dictum etiam in libro لطائف الصحابة esse traditum (MS. p. 64 vs. 4 seqq.), ubi haec scripta sunt: ابو الحسن على بن العزيز القاضى كتب فى صِباه الى بعض الرُّؤساء هذا الفناء خَصِبُ المَرَّاد فما بالى فيه عَسِر المراد وتوفُّرٌ ـ ـ مستزاد فما لى حصلتُ على غير زاد. Vox عبد male ibi ante العزيز omissa est (vide *Indicem*); quod autem ad veram vim nominis مَرَّادٌ attinet, apparet ea ex his Gauharii (in v. رود): ومَرَادُ الابلِ آختلافُها فى المَرْعى مُقْبِلَةً ومُدْبِرَةً والموضع مَرَادٌ. W.]

4) Hae tres sententiae, cum aliis duabus conjunctae, eidem viro tribuuntur in libro لطائف الصحابة

volis immunes nos habere a laqueo mali tui. — Ac dicebat: Insipientissimus hominum is est, qui licentius se gerit erga Principem, et vilem in modum tractat amicos. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Quando superest id unde vivis, ne desperes propter id quod te fugit. — Ac dicebat: Nulla est cautio contra fortunae vicissitudines; et nullus interitus inter artem et contenti animi tranquillitatem [1].

Abū-Sahl Mohammed ibno-'l-Hasan. Scripsit in aliquâ epistolarum suarum: *'O δεῖνα gravi est* spiritu motûs, congelato aëre quietis, calidâ umbrâ arboris [2]. — Et scripsit, respondens alicui, qui se excusaverat quod ab ipso retromansisset: Saliva calami tui jam vicem explevit vestigiorum [3] pedis tui.

Abū-Becr Ali ibno-'l-Hasan *al-Qohostānī.* Scripsit in epistolâ quâ de victoriâ referebat: Victoriarum, quibus assueverunt animi et naturae, et quibus delectari in morem vertit oculis et auribus; earum, inquam, res singulares non amplius pro singularibus, nec res mirabiles pro mirabilibus habentur [4]. — Et dixit, in eo versans ut narraret

---

(MS. p. 47 vs. 5; ed. Cool. p. ١٣ seq. n. ٦١), ex quo loco veram lectionem المعاشرة restitui. Quae autem Coolius edidit, omnia sunt quae in eo libro ex dictis illius viri sunt tradita (ابو الفتح البستى من طريف كلامه قوله النعمة عروس مهرها الشكر والرشوة - - - المعاسرة وعادات السادات سادات العادات). De primâ illâ sententiâ conf. supra p. 81 ann. 5.

1) Ultima verba significant: *et nemo succumbit fortunae cladibus, qui artem qualemcunque callet et simul animo contento fruitur.*

2) [Manifestum est, in textu edito, post restitutum ex Par. Cod. pro vitioso فلا تقبل, فُلانٌ ثَقيلٌ, mutandum porro esse رُوحٌ in رُوحِ, جامِدٌ in جامِدَ, et حارٌّ in حارِّ. Sensus dicti nunc facilis est, utpote hac rediens: *In homine isto nihil grati, omnia molesta: displicet ut motus segnis, ut quies gelida, ut umbra calens.* W.]

3) [Si reverâ pro مواطئ Tsalibius scripsit ركاب, quod in Par. Cod. offertur et convenientiâ soni cum parallelâ voce لعاب se maximopere commendat, sic vertendum videtur: *Saliva c. t. j. v. e. comitatûs pedis tui.* Nimirum رِكابٌ, *caterva camelorum vectariorum*, qui agmen alicujus sequuntur et impedimenta ferunt, saepissime pro ipso *comitatu* ponitur: unde ex. c. dicunt: كان (سار) فى رِكابه, *fuit inter asseclas ejus.* Conf. Koseg. *Chrest. Ar.* p. 89 vs. 9, p. 90 vs. 4 et p. 111 vs. 4 (quo postremo loco male pro رِكاب scriptum est رُقاب); item Cl. Rutgersii *Hist. Jem.* p. 126 vs. 1 a f., et loci ab Hamakero cit. in annot. ad فتوح مصر, p. 51. W.]

4) Manifestum est, adulatorium sensum his verbis subesse. Vult enim: *tantus hoc nostro tempore victoriarum est numerus, ut si qua nova et splendida accedat, fama ejus haud aliter quam quoti-*

quod Lebîdo dictum esset: Tu salvus non eris donec ad Islâmum transeas, neque securus donec veram religionem amplectaris. — Et ipse eum dicentem audivi: Qui quaerit et diligentiâ utitur, is invenit; et qui pulsat fores et perseverat, is intrat [1].

Abû-Ahmed Mançûr ibn-Mohammed. Ex dictis ejus hoc est, in aliquâ epistolarum ipsius: Ego lippitudine laboro, et in aëre est calor ingens; et occursus Šeiki [2] animum relaxaturus esset, quanquam tamen coecum (me) angustia non promit; ac praesertim ideo (non urgeo ut ad me veniat), quoniam locus ubi tranquille sedet mollis est, et jumentum tardum, et ardor aestatis excitat pulverem, et liquefacit sanguinem cordis [3]. — Et ex
P. ٤٤ dictis ejus hoc fuit: (Sum) illius servus [4], qui amat vitam ut illi ministret, et ut divulget decora regni illius, linguâ cujus *fluxus copiosus* [5] est laus et encomium, et corde cujus fartus est amor et beneprecatio.

Abû-Naçr Mohammed ibn-Abdi'lgabbâr al-'Otbî. Ex dictis ejus haec fuere: Aequo fer animo jacturam rerum mundanarum: sic magnus et honoratus eris. — Adolescentia est primus fructus vitae [6]. — Lingua negligentius facti officii brevis est [7]. — Comitas

dignae rei ab hominibus accipiatur. — Vis, quam 10[ae] formis استغرب et استعجب tribui, quanquam in Lexicis non enotata, ex ipsâ earum naturâ sequitur: de استغرب conf. *Oriental.* Vol. I. p. 413 ann. *a.*

1) Posteriorem hujus dicti partem, a Ġauharîo et Fîrûzâbâdîo tanquam proverbium commemoratam, citavit Freyt. in Lex., in v. قرع; et prior pars in ejusdem *Ar. Prov.*, T. II. p. 703, ex Meidânîi opere sic brevius tradita est: من طلب شياء (l. شيئًا) وجده.

2) Vides, hoc titulo eum ipsum designari, ad quem epistola scripta sit.

3) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 58 vs. 8 seqq.), ubi nomini viri praemissum est القاضى et in fine adjectum الازدى. Porro pro من كلامه -- فرج, ibi brevius sic scriptum est: كتب بى ايّد اللهُ الشيخَ رمدٌ ولقاؤه فرجٌ; tum pro ولا, لا; ac denique (post يثير) in textu quidem etiam vitiosum illud الوهج, sed in margine, ipsius librarii manu, recte الرهج.

4) Fieri potest, ut in oratione aut epistolâ, ex quâ mediâ haec verba desumta sint, verbum antecesserit ad quod nominativus عَبْدُه referatur; at necessarium tamen id non est, cum saepissime Arabes, et praesertim poëtae, ita sententiam inchoent, ut ex. gr. dicant: مَلِكٌ تَهَابُه الرعيّةُ, (*est ille*) *Rex, quem reverentur subditi;* aut رَجُلٌ لا يَنْقادُ للذّليل, (*ego sum*) *vir, qui nunquam obsequitur vili.* — Pronomen ه in عبده et sequentibus vocabulis, ad Principem aliquem spectare, ex ipsis quae dicuntur apparet.

5) [Expressimus lectionem, in Par. Cod. oblatam, فَيْضُه, quae sine dubio vera est. W.]

6) Hoc dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 47 vs. 8). Nomen viri ibi sic scriptum est: ابو النّضْر العتبىّ.

est semen [1] boni statûs et ala prosperi successûs. — Sollicitudo, animos *fodiens* [2], simile relinquit vestigium ac tinea in veste sericâ Sûs*ensi* [3].

Ea quae approbationis notâ signavit [4] Emir*us* Qâbûs ibn-Wašmekir ex enuntiatis quae offerebat liber meus inscriptus Exhilarans [5], quem illius in gratiam composueram. Erat haec autem lectio [6] mille sententiarum meae compositionis, ex quibus ille aliquas selegit, quas scripto consignavit memoriaeque mandavit, utpote maxime ipsi placentes et valde iis delectatus. Erant hae sequentes:

Summa veneratio Illi sit, qui disposuit alimenta, pro temporum diversitate diversa [7]. —

---

7) Id est: *Lingua ejus, qui sentit minus se fecisse quam oportuisset, pauca efferre potest.* Etiam hoc dictum exstat ibidem (MS. l. l. vs. 9).

1) Vox لقاح sine dubio ejusdem hic formae est ac sequentes صَلاح, جَنَاح et نَجَاح; itaque non لِقاح, ut minus bene in textu edito factum, sed لَقاح, pronuntianda est. لَقاح proprie significat *florem palmae maris, quo palmae feminae inserto haec foecunda redditur.* — Cum ipso dicto conf. supra p. ١٢ vs. 15.

2) [Exprimendam putavi lectionem Par. Codicis, وَخْز; tum quoniam vox وجوه vix commodum hoc loco sensum praebet, tum quod in Cod. nostro ita scripta est, ut suspicio oriatur, eam ex librarii conjecturâ profectam esse. Nimirum in ipsâ litterarum serie tantum exstat وجو, et quarta littera ه eâdem manu superne his adscripta est, dum praeterea, ut omne dubium tolleretur, integra vox وجوه infra versum ab eodem repetita est. Causa lectionis sic mutatae in eo, credo, latet, quod temere putaretur, *necesse* esse, ut in hujus loci structurâ prioris فى plane eadem ac posterioris esset ratio, hoc est, ut utrumque ab أَثَّر penderet: quo quidem sumto, وخز inexplicabile videri debuit, potuitque وجوه primo adspectu se correctori commendare. W.]

3) Haud dubium videtur, quin nomine السُّوس, quod complurium urbium commune est, hoc loco ea al-Magribi urbs significetur, quae distinguendi causâ vulgo السُّوسُ الأَقْصَى appellatur. Celebrata sunt tapeta et vestes, quae ex istâ regione quoquoversus exportabantur. Conf. Herbelot. in v. *Sous.*

4) Verbo علم nihil in Cod. adscriptum est, quo pronuntiatio ejus definiretur. Certum tamen videtur, 2am esse formam, cui ea, quam vertendo expressimus, vis subsit. Conferatur usus hujus formae, quem, Reiskeo auctore, in Lex. suo notavit Freyt.

5) [De hoc Taâlibii libro, cujus nullum exemplum in Bibliothecis Europaeis exstare mihi notum est, haec pauca tradidit Hâgi-Califa (ex Cod. nostro 1370): مبهج (الْمُبْهِج .l) لابى اسمعيل عبد الملك بن منصور (sic) الثعالبى ألّفه لامير (للامير .l) شمس المعالى قاموس (قابوس .l) توفى سنة ...... اوّله بسم الله أَسْتفتاحا ولْسْتنجاحا الخ ذكر انّه اهداه الى شمس المعالى

In auxilium adhibe contra fortunae vicissitudines paucitatem familiae [1]. — Sterne tibi aequale (solum), anteaquam labatur pes tuus et multa sit poenitentia tua [2]. — Promissis non stare [3] est indoles vilis mercenarii [4]. — Leuis aura venti est amatoria laudatio ani-

---

حين ورده (? ورّد عليه l.) ثم زاد فيه ونقص وبدّل فأنشأ نَشْأَةً اخرى ورتّبها فى ابواب سبعين (conf. Flügelii praef. ad librum: *Der vertr. Gefährte des Eins.*, p. XXVII. n. 15). Ex quibus verbis ergo apparet, Ṫaâlibium istud opusculum suum similem in modum postea retractasse et amplificasse, atque ex hoc quem edidimus libello deinde majorem illam الاعجاز فى الايجاز fecerit. Ut vero ipse auctor hoc loco aliquot sententias ex المُبْهِج citavit, ita plures etiam (et inter has nonnullas quae cum hic citatis conveniunt) ex eodem descripsit in ipso fine operis sui سِحْرُ البَلاغة وسِرُّ البَرَاعة. Cujus, in 14 libros digesti, operis ut integrum exemplum Hammerus possidet (Catal. n. 39), ac duo in Bibl. Escurial. servantur (apud Casir. n. 502 et 503), ita noster Codex 814, 2 solum *ultimum*, sive 14um, librum exhibet. Ex Catalogo edito (p. 468 n. 1469) totum quidem opus ibi exstare efficeres, sed error ille ortus est ex exteriori illius excerpti titulo (كتاب سحر البلاغة الخ), pro quo in ipso ejus initio melius hoc scriptum est: كتاب من كُتُب سحر البلاغة وسرّ البراعة فى الامثال والمواعظ للامام الخ. In ultimo illo libro, qui in nostro exemplo 43 paginas complet, id egit Ṫaâlibius, ut diversorum eloquentium virorum acutissima dicta moralia et elegantissimas sententias traderet:- est igitur in complures sectiones divisus, quorum singulis inscriptum ما أُخْرِجَ من كلامِ الخ; et ultima sectio (p. 39—43) hanc habet epigraphen: ما أُخْرِجَ من كتاب المبهج المولف (لمؤلّف l.) هذا الكتاب. W.]

6) [Si vox قراءة bene se habet (quâ de re longe absum ut non dubitem), necessario hinc sequitur, Ṫaâlibium librum istum non *scriptum obtulisse* sed *recitasse* Qâbûso. W.]

7) Idem dictum exstat in Cod. 814, 2 (p. 39 vs. 12).

1) Conf. Freyt. Lex. in v. ظَهْر. — Idem vero dictum exstat in Cod. laud. (p. 40 vs. 9), ubi male pro الدهر scriptum est الدَّقَن.

2) Proprium verborum vim expressi, cui subest haec figurata: *Per bona opera mercedem tibi para apud Deum, anteaquam mortem obeas et vehementi poenitentiâ afficiaris.* Conf. al-Qorâni XXX. 43.

3) [Male se habent, quae Freyt. Lexicon de voce خُلْف offert: „خُلْف *nom. Pl.* أَخْلاف *Quod contrarium est repugnatque promissis.*" Pro quibus haec substitue: خُلْف *nomen verbale quod vice fungitur infinitivi 4ae formae* (اخْلاف), *itaque significat:* non stare *promissis.* Haec Ġauharius: والخُلْف بالضمّ الاسمُ من الاخْلاف وهو فى المُسْتَقْبَل كالكَذِب فى الماضى; quibus iisdem verbis haec porro addidit Fîrûzâbâdius: وهو أَنْ تَعِدَ عِدَةً ولا تُنْجِزَها. W.]

4) Idem dictum exstat in Cod. 814, 2 (p. 40 vs. 7).

mae [1]. — Avare parcere cibo ad indolem pertinet vilium hominum [2]. — Saepe praevenitur (alienati animi sequela) per mutuum occursum [3]. — Si controversia esset arbor, non alium ferret fructum quam animi taedium [4]. — Qui secum apportat oniones orationis, mulget lac generosorum hominum [5]. — Pars hominum similis est alimento salutari, et pars eorum acri veneno [6]. — Salus non nisi in sincero Dei cultu sita est [7]. — Qui indigere se sentit Deo, dives per Illum est [8]. — Major pars volgi similis est camelis (otilibus), et major pars divitum sunt stupidi. — Multi libelli supplices manifesto prodont [9] insipientiam scriptorum suorum. — Cinaedus [10] est saccus vitiorum et situla peccatorum [11]. — Nulla delectatio capitur [12] ex P. ۴۳ vs. 15

1) Id est: *Lenis aura venti aeque jucundo sensu animam afficit, ac pulchram puellam laudatoria poësis amantis.* — Idem dictum in laud. Cod. exstat (p. 40 vs. 8), ubi recte etiam نسيب offertur.

2) Hoc dictum exstat ibidem (p. 42 vs. 7), ubi pro الطّغام male iterum الطّعام scriptum est.

3) Forma 6ª تَلَاقَى idem significat quod تدارك, nempe *praevenit* rem, *reparavit* damnum. Conf. *Vitae Timuri* II. p. 624 vs. 7, et I. p. 58 vs. 3, II. p. 748 vs. 2. — Idem dictum exstat in laud. Cod. (p. 40 vs. 12), ubi pro التلاقى offertur التقالى, *mutuum odium.*

4) Hoc dictum exstat ibid. (p. 41 vs. 3 seq.), ubi scriptum est يُثْمِر et ضَجَرًا.

5) Hoc dictum exstat ibid. (p. 41 vs. 5 seq.), ubi male, inverso ordine, حلب et جلب scriptum est.

6) Etiam hoc dictum ibid. traditur (p. 42 vs. 12 seq.), ubi pro كالسم scriptum est كالسهم. [In Ǵauharii Lexico legitur, in v. نقع: ويقال سَمٌّ نَاقِعٌ اى بالغٌ وقال ابو نَصْرٍ ثابتٌ; atque itidem in al-Qāmūso: وسمٌّ ناقعٌ بالغٌ ثابتٌ. Tale igitur venenum designat, quod *certo interimit et expelli ex corpore non potest.* W.]

7) Hoc dictum ibid. exstat (p. 42 vs. 13 seq.), ubi pro ما offertur ومِمّا.

8) Hoc quoque dictum exstat ibid. (p. 42 vs. 14), ubi post الله additum est تعالى.

9) Constructio 4ae formae أَعْرَبَ, *manifestam reddidit, explicuit*, rem, cum praep. عن, in Freyt. quidem Lexico non notata est, verum ut omnibus verbis quae *retegendi* notionem habent, communis est, ita aliis etiam exemplis probari potest: vide locum Maqrizii, quem descripsit Kosegart. in praef. ad *Chrest. Arab.*, p. xix. vs. 3.

10) [Haec sine dubio vis est vocis مُخَنَّث, de quâ in Ǵauharii Lexico haec tantum offeruntur: وخَنَّثَ الشىءَ فتَخَنَّثَ اى عَطَفَهُ فتَعَطَّفَ ومنه سُمّى المُخَنَّث; et in al-Qāmūso sequentia: وخَنَّثَه تَخْنِيثًا عَطَفَه فتَخَنَّثَ ومنه المُخَنَّث ويقال له خُنَاثَةٌ وخُنَيْثَةٌ (Freytag. in Lex., editionem Calcutt. secutus, scripsit خَنَاثَةٌ et خَنِيثَةٌ; sed nescio an perperam). Uterque igitur Lexicographus significationem vocis مُخَنَّث non definivit (utpote lectoribus notam), sed solam originem ejus indicavit. Voluerunt, ni fallor, *cinaedum* sic vocari propter *inflexam* naturam ejus, quae ex virili velut in muliebrem se convertisset. Pro plurali formâ illius vocis in Abû'lfar. *Hist. Dyn.* p. 194 vs. 10

frigore umbrarum, si accedit calor sollicitudinis. — Quam suavis foret vita cum levitate

---

offenditur مَخَانِيثُ (pp. plur. a sing. مخنّثٌ); ac non raro in conviciando يا مُخَنَّثُ ، يا خُنَاثَةُ (يا خُنَيْثَةُ turpissimi probri loco usitatur: vide Abū'lfar. l. l. p. 347 vs. 2 a f. et Abū'lf. *Ann. Mosl.* T. III. p. 224 vs. 1. W.]

11) [Id est: *In cinaedo vitia et peccata ita constipata sunt, ut in sacco vestes compactae et in situlâ aqua dense collecta.* — Vides autem, hunc alterum illum locum esse, supra p. 50 in ann. 7 jam indicatum, in quo necesse visum sit, plane alium ordinem vertendo exprimere, quam textus editus secundum Codicem nostrum offerat. Et vero, cum in eo versabar, ut textum illum, antequam typothetae traderetur, accurate examinarem, jam vehementer me offenderat universa hujus loci ratio, nec paene dubitaveram, miro quodam errore eam turbatam esse. Ut enim naturae rei consentaneum videbatur, sectionem illam, quae inciperet p. ٤٢ vs. 5, *clausulam* hujus Capitis efficere, utque ergo credi vix poterat, post eam absolutam rursus *aliorum* dicta ab auctore in medio esse posita: ita manifestum tamen erat ex ipsâ descriptione libri المُبْهِج (in vs. 6 seq.), fieri non posse, ut quae in vs. 15 seqq. offerrentur, etiam ex ipso hoc libro citata essent. Collatio Par. Codicis hanc depravati ordinis suspicionem plene confirmavit: in quo, omissis omnibus quae hic molesta visa erant (p. ٤٢ vs. 15 — p. ٤٣ vs. 14), aptissimum in modum inter se conjunctae exstant sententiae ex المبهج descriptae, atque harum fine totum simul Caput conclusum est. Dubitari quidem ergo non poterat, omnia ista hoc loco expungenda esse; at unde orta et in quem alium locum transponenda essent, nec Slaneus ex Par. Codice illustrabat, nec statim ego omni ex parte perspiciebam. Suadebant quidem, et vel prope certum reddebant, pleraque nomina in p. ٤٣ commemorata, utpote virorum *sanctitatis* laude celebratorum, totum illum locum *sequenti* Capiti (nunc breviori) restituendum esse; sed incertus tamen eram, in quâ illius parte tanquam propriâ sede collocandus esset. Etiam hoc dubium penitus tandem sustulit accuratior *nostri* Codicis consideratio: ex quâ secutum, ut et universus ille error prorsus jam illustrari, et simul causa ejus manifesto prodi possit. Nimirum paginae hujus libelli 89—92, quae *mediae* sunt ultimi foliorum Codicis fasciculi, perperam cum antecedentibus et sequentibus ita consutae sunt, ut, folio illo praepostere complicato, quae reverâ sint paginae 89 et 90, nunc ut 91 et 92, et quae 91 et 92, nunc ut 89 et 90 se offerant. Dum igitur p. 88 desinit in vocem العبيوب (l. العُيُوب; p. edit. nostrae ٤٢ vs. 14), ea quae nunc est p. 89, incipit a لِحُبّى لَهُ (vid. ibid. et ann. ٧٧); quae 90, ab القاضى ابو يوسف (p. ٤٣ vs. 6); quae 91, a وذُنُوب الذنوب (ibid. vs. 15); quae 92, ab ارسطاطاليس (p. ٤٤ vs. 3); ac denique p. 93 ab احْلام (ibid. vs. 12). Quatuor ergo paginis illis in verum ordinem restitutis, apparet, ultimam vocem pag^ae^ 88 (العيوب, p. ٤٢ vs. 14) continuo excipi in p. 89 et 90 verbis وذنوب الذنوب usque ad فقال (p. ٤٣ vs. 15 — p. ٤٤ vs. 12); tum post ultimum hoc verbum pag^ae^ 90, sequi in p. 91 et 92 لِحُبّى له usque ad اضغاث (p. ٤٢ vs. 14 — p. ٤٣ vs. 14); ac denique hoc po-

acta [1], nisi claritas ejus turbida redderetur et finis ejus esset canities. — Nulla excusatio ei est, qui cidarim canitiei gestat, quominus [2] pallio prudentiae se induat. — Lapis avari neque ignem neque aquam emittit [3]. — Gratiosissima inter cantrices ea est, in cujus

---

stremum vocabulum pag^ae 92 statim excipi primo pag^ae 93 احلام (p. ۴۴ vs. 12). Ex quibus dictis ut jam constat, turbatum *hujus loci* ordinem imprudentiae, *in ipso nostro Codice* commissae, deberi, ita alterum illud ejusdem rei exemplum, cum denuo consideranti mihi apparuerit non posse ex simili causâ proximâ explicari, sine dubio remotiori cuiquam, ut p. 50 in ann. 7 dixi, tribuendum est. — Longiori annotationi haec duo adjicienda sunt: primum, Codicibus Arabicis utenti maxime cavendum esse, ne paginarum *custodibus*, nisi ab *ipsis* scribis sint appositi, ullam fidem habeat: recentior enim manus per totum hunc Codicem in fine cujusque paginae versae (duabus tantum exceptis) primum vocabulum (aut duo prima) sequentis paginae rectae adscripsit; et custodes illi in transpositis paginis istis ita se habent, ut errorem commissum non corrigant sed confirment. Alterum spectat ad Codicem Paris.: in quo ex dictis in p. ۹۹ vs. 4 e f. perperam efficeres, وذنوب الذنوب ثمّ (p. ۴۳ vs. 15) adjectum esse لعجبٌ له (p. ۴۴ vs. 14). Slaneus, in tradendâ lectionis diversitate, postquam indicaverat, pone عيبة العيوب in illo Cod. insertum esse وذنوب الذنوب, neglexit, duo ista vocabula ut ibi unà cum sequenti loco omissa notare: quapropter non dubitabam, ea reverà in illo exstare, donec rationem transpositionis ita ut nunc a me explicata est perspexi. W.]

12) Si reverà مستمتَع لا in passivâ formâ pronuntiandum est, participium illud, uti saepissime apud poëtas, vim *infinitivi* habet. Potest tamen etiam, nec minus bene, in activâ formâ pronuntiari مستمتِع لا, ut sensus sit: *Nemo delectationem capit ex frigore cast.*

1) Conf. supra, p. ۲۳ vs. 13.

2) [Dubitari non potest, quin rationi sermonis Arabici prorsus congruat, ut dicas: عذره أنْ يفعل ذلك, *excusatum eum habuit quominus* (h. e. *non institit ei ut*) *illud faceret.* Verba enim, quorum *positiva* vis sic facile in *negativam* aliam transit cogitandoque cum hac confunditur, persaepe ita cum أنْ construuntur, ut huic subesse videatur potestas Latini *ne*, *quin*, *quominus.* Vide pro exemplo quod supra, p. 28 in ann. 3, de verbo أمِنَ (*securus fuit = non metuit*) dictum est. Lectionem igitur, in nostro Cod. hîc oblatam, uti sanam esse judico, ita nescio an quod in Paris. scriptum est (فى أنْ), ex linguae usu probari non possit. Nimirum praep. فى in constructione verbi عذر exprimere solet: *excusatum eum habuit* DE *re commissâ* aut DE *neglecto officio:* unde optime dicitur: عذره فى أنْ لم يفعل كذا, et عذره فى فعله كذا; at perquam mihi dubium videtur, an eadem praepositio istiusmodi etiam loco, qualem hîc habeamus, idonea sit. W.]

3) Sensus dicti facillimus est: *Avarus nullâ re aliis prodest.* Ut vero verba pronuntianda putavi, haec propria eorum vis est: *Lapis avari neque eo potest adigi ut ignem emittat (uti reliqui lapides), nec potum praebet (uti petra illa, a Mose baculo percussa:* vide al-Qor. II. 57). Et fateor

formâ pulchritudo et in cujus gutture suaveolens aroma est [1]. — Vinum est ut mundus et mundus ut vinum, quia in utroque amaror et suavitas inter sese conjuncti sunt. — Vinum est lucerna laetitiae, sed idem est clavis malorum [2]. — Facies veris pulchra est, et abundantia bonorum ejus magna, et ventus ejus aura lenis. — Atramentarium est utilissimum inter utensilia, et atramentum magis prodest quam aurum.

P. ۴۴

CAPUT VIII.

exhibens dicta ingeniosa Philosophorum et Ascetarum et Eruditorum.

Aristoteles. Non desii bibere et sitim non explere, donec Deum cognovi et sitis mea sine potu satiata est. — Et ex dictis ejus hoc fuit: Inobsequens esto cupiditati tuae, et caeterùm obedi cui velis. — Et dicebat: Sapientia est scala ad *altitudinem;* quique eâ caret, caret propinquitate Creatoris sui.

Hippocrates [3]. Contemnite mortem, nam amaror ejus situs est in metu ejus. — Atque ex dictis ejus hoc fuit: Quaeque res potest inverti praeter naturam insitam, et repelli praeter decretum divinum.

Commemoratio

dictorum concisorum, quae ab illis in diversis rebus et conditionibus enuntiata sunt.

Oculos convertit quispiam eorum in pulchram puellam, quae exierat die festo; ac dixit: Haec non exiit ut spectaret, verum ut spectaretur. — Et venatorem videns cum

---

quidem, majorem fore soni convenientiam, si pro يُورَى legi posset يُورِى (ut in Cod. nostro scriptum est); at linguae usus prorsus id vetare videbatur. Prima enim forma وَرَى (imperf. يَرِى) significat *ignem emisit, arsit;* 4ae autem non haec eadem potestas, sed, quantum scio, sola *transitiva* (*ignem emittere fecit, accendit*), propria est: vide al-Qor. LVI. 70, C. 2; Abu'lf. *Ann. Mosl.* T. IV. p. 410 vs. 8; *Vitae Timuri* T. I. p. 296 vs. 3. [Operae pretium est, his locum adjicere quem in Cod. 814, 2 (p. 6 vs. 9 seq.) offendi: ubi nimirum in sectione inscriptâ ما أُخْرِجَ من كلام الامير شمس المعالى قابوس (بن) وشمكير, hoc dictum traditur: تُورَى بِزَنْدِ الشَّفِيعِ نارُ النَّجاحِ, *Per igniarium intercessoris accenditur ignis prosperi successûs.* W.]

1) Verba postrema significant: *et quae suave spirantem halitum ex ore emittit.* In textu edito per typothetae errorem pro والتَّنِيبُ, scriptum est والتَّلِيبُ. — Verba, quae inter hoc et sequens dictum in Par. Cod. interposita sunt, hunc sensum habent: *Mundus est amata puella, cujus saliva vinum est.*

2) Conf. supra, p. ۸ vs. 4.

3) [Recte hic in nostro Cod. بقراط, male in Par. سقراط, offerri, jam propterea verisimile est,

muliere loquentem, O venator! inquit, cave ne capiaris. — Atque improbum videns hominem, qui pulchrâ erat facie, dixit: Quod ad domum attinet, haec pulchra; sed quod ad habitatorem, is malus est [1]. — Et quum alicui eorum dictum esset: Quare sobolem non quaeris? respondit: Quoniam feror cupidine ejus [2]. P. ٤٢

Et dixit aliquis eorum, postquam Alexander mortuus et in auream arcam depositus vs. 14 erat: Hic prius aurum occultabat (asservandi causâ), et nunc aurum occultavit ipsum. — Et alius dixit, dum homines flebant et tristitiâ perculsi erant: Movit nos Alexander quieta suâ. — Et alius dixit: Monere nos solebat in vitâ suâ, sed hodie magis monet quam heri. — Et alius dixit: Fuit victor atque evasit victus; et cum prius ipse ederet, jam esca (vermium) factus est [3]. —

Et dixit alius: Amicus sincerus est alter homo. Et aurum vili indole est: solet enim P. ٤٣ res ad sui similem inclinare, et aurum apud viles copiosius est quam apud generosos.

Et dixit Jahja-ibn-Adî. Animus sane aversatur rem unam et eandem, quando continenter ipsi manet [4]; ac propterea paraverunt homines diversa genera ciborum, et permissum est [5] quatuor mulieres ducere, et praescriptum est spatiari in locis amoenis, et mi-

---

quod non facile eruditior Arabs Socratem *post* Aristotelem commemoraturus esset. Accedit vero, quod in Ibn-Nobâtae Commentario ad Ibn-Zeidûni epistolam, ipsum illud dictum, quod hoc loco primum est (استهينوا بالموت الخ), *Hippocrati* adscriptum legatur (MS. 705 p. 101 vs. 15, in ipso fine loci quo explicantur haec verba epistolae: وبقراط علم العلل والأغراض بلطف جسّك, edit. Reiskei p. 3 vs. 6 seq., ubi male والامراض et حسك scriptum est). W.]

1) Conf. supra, p. ١٣ vs. 5 seq.

2) [Restituto vero illo ordine, de quo supra, p. 88 seq. in ann. 11, exposui, manifestum jam est, rectissime se habere quod in Cod. offertur, لتحبّى له, et falsam esse conjecturam quae textum edenti mihi necessaria visa esset (لتحبّبْ له, p. ٤٢ vs. 14). — Quod ad sensum illius dicti attinet, vides, Philosophum illum, rogatum cur liberos non gigneret, cum Stoicâ gravitate respondisse: *Quoniam flagro cupidine eos habendi, et constitutum mihi est nulli cupidini servire.* W.]

3) [Postrema verba ambigua sunt et sic quoque verti possunt: *et cum prius esset Rex, jam subditus (vermium) factus est.* In al-Qâmûso, in v. اكل, legitur: والآكِلُ المَلِكُ والمَأْكُولُ الرَّعِيَّةُ. Apparet autem, Regem sic dici, quod subditorum bonis vescatur. W.]

4) Potest quidem lectio, in Cod. hic oblata et in versione expressa, aliis locis defendi (ut ex. gr. libri فتوح مصر p. 56 vs. 14); sed multo tamen verisimilius est, pro اذا دام عليها substituendum esse اذا دامت عليه, *quando continenter in illâ versatur.* Probabilitatem hoc quoque auget, quod in loco libri لطائف الصحابة, quem in ann. 1[a] ad seq. pag. citabo, reverâ sic scriptum est.

5) Significatio *permittendi*, *liberam faciendi* rem, quae 4ae formae verbi طاق propria et a Castello notata est, in Freyt. Lex. desideratur.

grare ex uno loco in alterum, et multos sibi sumere amicos, et diversis operam dare humanitatis studiis, et jungere inter se seria et joca [1].

Judex Abû-Jûsof. Lumen est in nigredine [2]. Significat nigredinem oculi.

Ahmed ibn-abi-Dowâd. Quam praeclara fuit indoles Barmakidarum! noverunt, converti vices fortunae, ac propterea festinaverunt se beneficos praestare, antequam adversis rebus impedirentur. — Et dicebat: Rogare (alium) ut res tuas reparet, melius est quam egestatem pati. — Item hoc: Cujus lingua verax est, evidens est argumentum ejus quod in causae dictione profert. — Item hoc: Revellere auctoritatem consensûs communis, sinisteritas est [3].

Mâlic ibn-Dinâr. Quando videtis hortos Paradisi, fruimini copiosis eorum deliciis. Significat consessus ad Dei laudes celebrandas institutos [4]. — Et dicebat: Egregius veli obtentor est vultûs demissio [5]. — Atque ex dictis ejus hoc fuit: Jejunantis instar abstine a

---

1) Idem dictum eidem tribuitur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 67 vs. 2 seqq.; ed. Cool. p. ٢٦ n. ٩٩). Initium ibi sic se habet: يحيى بن عدى كان يقول انّ الطّبيعة تَمَلُّ الشىء الواحدَ اذا دامَتْ عليه; tum post الاطعمة, pro verbis واطلق — نسوة, haec offeruntur: وأَصْنافُ الثّياب وأَنْواعُ الطّيب وفنونُ الأَوْتارِ, ac denique in ipso fine, post والهزل, additum est: والزُّهْدِ واللَّهْوِ. Verba ورسم التنزه perperam his vocalibus instruxit Coolius: ورَسْمُ التَّنَزُّهِ, auctoritatem Codicis secutus, qui isto in loco offert ورَسْمُ المنزه, dum hic bene scriptum est ورَسَمَ التنزّه.

2) Idem illius viri dictum, sed praemissis et adjunctis multis aliis verbis, commemoratum est in libro laud. (MS. p. 60 vs. 7; ed. Cool. p. ١٨ n. ٨٩). [In censurâ meâ *Gramm. Arab.* Cl. Roordae (vide supra, p. 41 seq. ann. 6), jam dixi, in p. 497, duo illius loci verba perperam a Coolio edita esse. Pro لا يَبْلَى فيه مُحْرِمٌ ولا تُخْلَى فيه عَرُوسٌ necessario enim legendum est: لا يُلَبِّى فيه مُحْرِمٌ ولا تُجْلَى فيه عَرُوسٌ, *in vestibus illius* [nigri] *coloris nemo Meccae sacra obit, et sponsa nulla marito retectâ facie ostenditur.* تجلى manifesto in ipso Cod. scriptum est; alterum vero verbum minus perspicue sic offertur: يلبى. W.]

3) De verbo خَرْق conf. *Oriental.* Vol. I. p. 407 ann. *k.* الإجْمَاعُ in Moslimorum Jurisprudentiâ significat *communem consensum veterum Imâmorum.*

4) De ذِكْرُ الله conf. supra, p. 42 ann. 3. Ut hic vero مجالس الذِّكْرِ, ita supra, p. ٢٥ vs. 11, مجلس النَّبِيذ offenditur.

5) Vult: *Optima ratio curandi ne quidquam videas, quod cupiditates accendat et ad peccandum stimulet, est oculos demittere.* Plenius haec eadem sententia sic a Meidânio est tradita (conf. Freytag. *Ar. Prov.* II. p. 796 n. 156): نِعْمَ حاجِبُ الشَّهَوَاتِ غَضُّ البَصَرِ. Et aliquâ ex parte simile dictum supra exstat, p. ١٥ vs. 9 (العِلْمُ حِجَابُ الآفاتِ).

mundo: sic solves jejunium tuum quamprimum altera incipit vita [1].

'Ibno-'s-Sammâc. Omne quod tibi elapsum est e bonis mundanis, pro lucro felici habendum. — Et dicebat: Monitor [2] est similis palmae, per quam non desinunt homines tum victu tum (umbrae) benignitate frui.

Al-Foçail ibn-'Ijâç. Vita praesens est somnium, et vita futura vigilia, et mors mediatrix, et nos haeremus in confusis somniis [3]. P. ٤٤ vs. 12

Jahjâ ibn-Moâd. Paupertas est metus paupertatis [4], et (vera) pietas est pietatem celare. — Et dixit Alidae cuidam qui visitatum ipsum venerat: Si tu nos visitas, facis hoc per (indolis) tuae praestantiam; et si nos te visitamus, facimus hoc ob tuam praestantiam: a tuâ igitur parte praestantia est, sive visites sive visiteris [5].

Fertur historia sequens: Adstitit aliquando Chosroës agricolae, qui palmas plantabat, cum jam longe esset aetate provectus. Ac dixit illi Chosroës, eum miratus: Num tu speras, o senex! fore ut edas de fructibus harum palmarum, quae quidem non nisi post complures annos fructus ferent, dum tuum aevum jam evanuit? Respondit: O Rex! planteverunt (alii) et nos edimus; ac nos plantamus ut edant (alii). Tum ille, admira- P. ٤٥

1) Conf. locus in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 36 vs. 2 a f. (ubi, si bene se habent verba فصُم الدُّنيا, nec inter ea عن inserendum est, necessario hoc exprimunt, *jejuna rem vitam terrestrem*); item in . 107 vs. 10 haec verba: آجْعَلْ إفْطارك الليلة عندى, *veni hac ipsâ nocte ad me* [in Paradisum], *solutum jejunium tuum.*

2) المُذَكِّر is dici videtur, *qui vitae studium ponit in aliis monendis, excitandâ in animis eorum Dei et virtutis recordatione.* In Koseg. *Chrest. Arab.* p. 55 vs. 11 mentio fit de ابو هاشم المُذَكِّر.

3) [Ordine hujus loci ita restituto, ut supra, p. 88 seq. ann. 11, indicavi, jam manifesto sequitur, servandum esse quod in Cod. offerri diximus, أضْغاث, et proximum vocabulum (p. ٤٤ vs. 12) أحْلامِ pronuntiandum. W.]

4) Vult, credo: *Pauper is dicendus est, qui ob metum paupertatis sordide avareque vivit.*

5) Idem de eodem narratur in libro لطائف الصحابة (MS. p. 87 vs. 2 seqq.), ubi tamen pro primis verbis وقال لعلوى زاره, haec offeruntur: زارَه عَلَوِىٌّ فقال له العلوى. Certum videtur, postremum illud العلوى ibi delendum, et فقال ad Jahjâum ibn-Moâd referendum esse. — Ne vero id, in quo venustas illius dicti vertitur, interpretando penitus obscuraretur, in tribus illis locis, in quibus vox فَضْل occurrit, eâdem quoque Latinâ voce usi sumus. Evidens tamen est, in primo loco بفضلك exprimere: *per gratiam tuam* sive *per beneficium tuum;* ita ut vera verborum vis accuratius sic reddatur: *Si tu nos visitas, hoc fit per gratiam tuam; et si nos te visitamus, facimus hoc ob tuam praestantiam: a tuâ igitur parte* الفَضْل *est, sive visites sive visiteris.* Vox مَزار (*locus visi-*

tus hoc dictum ejus, Sanequam, inquit, egregie [1]! Hoc autem vocabulum (signum) erat doni ab ipso decreti. Donatus igitur est agricola mille nummis aureis. Quibus ille acceptis, dixit: O Rex! quam cito fructus tulerunt hae palmae! Chosroës istius quoque dicti pulchritudine delectatus est, et dixit: Sanequam egregie! Iterum ergo mille nummis aureis donatus est. Quibus acceptis: Et prae omnibus, inquit, rebus, o Rex! hoc mirum est, quod uno anno bis fructus tulerunt [2]. Chosroi ista etiam valde placuerunt, ac dixit: Sanequam egregie! Tertio igitur mille nummis aureis donatus est. Tum vertit se (Rex) et reliquit eum.

Dixit ·al-Hasan ·al-Waçif: Invasit nos procella vehemens tempore ·al-Mahdî, quae metuimus ne ad tribunal ultimi judicii nos propelleret. Egressus ego quaesitum Principem credentium, hunc inveni genam suam terrae acclinantem et dicentem: Deus O. M.! ne laetari facias malo nostro hostes nostros inter gentes! Deus O. M.! si mundum corripuisti propter meam culpam, ecce, hae antiae meae sunt prae manibus tuis [3]! Nec nisi paululum nobis intercessit temporis, quom pulsa procella est [4] et remotus (angor) in quo fueramus.

Absoluta sunt Capita

per laudandam Dei gratiam et benignitatem. Bene velit Deus
Domino nostro Mohammedi et genti ejus et Sociis
ejus, ac salutem praebeat largiter [5].

---

tandi), si bene se habet, (et certe etiam in loco laud. libri لطائف الصحابة, non aliter quam in hoc quem edidimus, scriptum est (زَوْرًا), hic *personam quam alii visitatum veniunt*, significat. — Pro verbis, quibus in p. ٢٥ usi sumus ad interpretandam posteriorem partem prioris distichi, in ann. ad p. ٤٤ ex Codicis margine traditi: *complura — — ejus*), haec potius substitue: *superiores excellentiae ubique cum illo conjunctae sunt* (pp. *non secedunt a loco in quem ille devertit*).

1) Persicum illud vocabulum زِه plane respondet nostro *bravo!*

2) [Vox نَخْل, quae, ut *nomen generis*, in vs. 2 et 4 *masculine* constructa erat, hic propter vim *pluralem*, cum eâ conjunctam, *feminine* ponitur. Cujus enallages ut complura quidem in talibus nominibus exempla sunt, ita hoc tamen loco dubitari posse videtur, an non Ţaâlibius ipse pro انّها اثمرت scripserit انّه اثمر, illud vero librario debeatur, qui, litterâ primâ verbi اثمر per errorem geminatâ, postquam pro انّه posuisset انّها, necessario etiam ipsi verbo feminini generis notam addiderit. W.]

3) Vult: *prehendas, quaeso, has antias, et me, me solum, ad supplicium trahas.*

4) 7a forma انكشف saepissime significat: *Cessit, in fugam conjectus est*, hostis (pp. *retexit se, nudavit aciem suam*). Conf. Grangereti de Lagrange *Anth. Ar.* p. ٣٤ vs. 7, Kosegart. *Chrest. Ar.* p. 109 vs. 10, Abû'lf. *Ann. Mosl.* T. V. p. 58 vs. 9, et locus in Hamakeri annot. ad فتوح مصر p. 91 vs. 6.

5) [Cum ultima haec plagula interpretationis Latinae a typothetâ jam parabatur, ad me perlatus est

Codex MS. operis *Îeālibī* الاعجاز والايجاز, quem ante hos octo menses annotationem illam scribens, quae e p. ٣٩ ad ٥٢ offertur, adhuc plane nesciebam exstare, at de quo brevi post magno cum gaudio cognovi. Nimirum per litteras, ab eruditissimo amicissimoque viro, Josepho Gottwald*tio*, Praefecto Bibliothecae Imperialis quae Petropoli est, acceptas, certior factus sum, eâdem in urbe in Bibliothecâ Musei Asiatici servari Codicem illius operis, quem si ad me transmitti cuperem, fortasse per humanitatem Cl. Dorn*ii*, Musei Praefecti, id impetrare possem. Statim spem mihi factam arripui; nec frustra me rogasse, jam ante aliquot hebdomades rescivi, de Codicis adventu praemonitus: ipse tamen propter magnum illud locorum intervallum serius quam optaveram huc allatus est, ita ut nunc non nisi aut ad confirmanda aut ad corrigenda ea quae typis jam sunt descripta, uti illo possim.

Est Codex Musei Asiatici 696^{es}, et folia continet 71 in 8° min. Tam externum involucrum quam internus habitus ejus nitore et elegantiâ se commendant. Singulae paginae (quae, ut angustiores sunt, ita 13 versibus absolvuntur) oris deauratis inclusae sunt, et librarii manus ubique perspicua, constans et pulchra, est. Exaratus est charactere نسخى, nec tantum puncta diacritica suis locis accurate expressa, verum etiam paene omnes vocales et reliqua lectionis signa diligentissime addita. Aetas Codicis aut librarii nomen notâ adjectâ non definita sunt: recentiorem esse quam nostrum 1042, ipsa scriptura facile ostendit; neququam tamen valde recentem esse, ex eodem indicio apparet.

Quod ad universam textûs in illo oblati rationem attinet, ne dubitaveram quidem, fore ut eum Parisiensi, quem ex Slane*i* descriptione et collatione cognovissem, ita conveniret, ut cum uterque eundem plane librum contineret, eodem quoque ordine non singula tantum Capita et sectiones, verum etiam singula in his tradita dicta, se invicem in utroque exciperent. Et speraveram ergo, novum hoc instrumentum acceptum insigni mihi usui fore, tum ad paucos illos locos, qui etiam post Paris. Cod. collatum, in libello a nobis edito nondum ab omni difficultate liberi viderentur, denuo explorandos; tum ad eos, qui, in hoc libello non exstantes, ex illo Cod. a Slaneo nobiscum communicati essent, fortasse melius intelligendos; tum denique, ad diligenter inquirendum, in quâ sectione operis الاعجاز والايجاز se ista offerrent, quae in libello edito fere totum 8um Caput efficiant. Magnâ tamen ex parte res aliter quam speraveram excidit: quamvis enim certissimum sit, Petropolitano illo Codice aeque ac Parisiensi contineri exemplum istius *Îeālibī* operis, haud minus tamen est evidens, in altero plane aliam quam in altero editionem, et ab *ipso* quidem auctore utramque factam, contineri. Exordium libri quomodo in Par. Cod. se habeat, in p. ٤٧ seq. dictum est: in Petrop. prorsus est diversum et hunc in modum incipit: بسم الله الرحمن الرحيم
قال ابو منصور عبد الملك بن محمد بن اسمعيل الثعالبى رحمه الله تعالى أمّا بعد
حمدِ الله عزّ اسمُه والصلوة على نبيّه المصطفى وآله فمِنَ الكَبائِرِ أَنْ تَسيرَ مُؤَلّفاتى فى البلاد
مَسيرَ الأَمْثالِ، وتَسْرِى مَسْرَى الخَيالِ، الخ. Ex Par. Cod. auctor hunc librum dicavit viro, quem simpliciter titulis القاضى الجليل السيّد insignivit (p. ٤٧ vs. 5 a f.); ex Petrop. autem alii, cujus nomine se *nullum* adhuc e scriptis suis decorasse dicit, الشيخ الجليل ابو سَعْد محمد بن احمد بن غسّان.
Denique secundum illum Codicem ipsa operis inscriptio in exordio non commemorata est; secundum hunc non expressa tantum, verum accurate etiam sic explicata: وعَنْوَنْتُه بالاعْجاز والايجاز أمّا الاعْجازُ فلِلكَلام

الله تعالى وكلامِ الرسولِ صلى الله تعالى عليه وسلم وأمّا الايجاز فلأعيانِ البَلاغة وأعلامِ البَراعة وسَحَرَة الشّعْر من أصْحاب وَسائط القلائد وأفرادِ القصائد; ex quibus verbis ergo apparet, verum titulum non esse الاعجاز فى الايجاز, sed الاعجاز والايجاز, eumque sic vertendum esse: *Specimina inimitabilis eloquentiae (Dei et Prophetae), et acutae breviloquentiae (principum in facundiâ virorum).* — Nec nullum quoque discrimen est, quod statim post exordium in Capitum indice conspicitur: numerus enim horum in utroque quidem Codice aequalis est, at argumentorum dispositio diversa. In Petrop. index ille sic se habet:

الباب الأول فى بعض ما نطق به القرانُ من ايجاز المُعجِزات ورُوِىَ عن النبىّ صلى الله عليه وسلم من جَوامِعِ الكَلِم

الباب الثانى فى مُوجَزاتِ كلامِ الخُلَفاء الراشدين والصحابةِ والتابعين رضى الله تبارك وتعالى عنهم اجمعين

الباب الثالث فيما جاء عن ملوكِ الجاهليّة وأُمَرائها (Lege, ut in inscriptione ipsius Capitis scriptum est: الجاهليّةِ والاسْلامِ وأُمَرائِهما)

الباب الرابع فى مُوجَزات كلام الوُزَراء والسادةِ الكُبَراء

الباب الخامس فى كلام الكُتّاب والأُدَباء والبُلَغاء (In inscr. ipsius Capitis legitur: فى المُوجَز من كلام الأُدَباء والكُتّاب البُلَغاء)

الباب السادس فى مُوجَزات كلام الحُكَماء والأَطِبّاء

الباب السابع فى مُوجَزات كلام العُلَماء والزُّهّاد

الباب الثامن فى مُوجَزات كلام الظُّرَفاء

الباب التاسع فى وَسائطِ قلائدِ الشُّعَراء (In inscr. ipsius Cap. legitur: فى مُوجَز وسائط الخ)

الباب العاشر فى جَوامِعِ الأَدْعِيَة ☆

Quae cum iis conferenti, quae exstant in p. ٤٨ vs. 14 a f. seqq., jam facile id apparet, quod Capita ipsa plane confirmant, in Petrop. Cod. Caput *primum* (a fol. 3 verso ad 11 rectum) respondere *primo et secundo* in Paris.; tum *secundum* (a fol. 11 r. ad 12 r.) *tertio;* tum *tertium* (a fol. 12 r. ad 23 r.) *quarto et quinto;* tum *quartum* (a fol. 23 v. ad 32 v.) *sexto;* tum *quintum* (a fol. 32 v. ad 37 v.) *septimo;* tum *sextum* (a fol. 37 v. ad 39 v.) *et septimum* (a fol. 39 v. ad 41 r.) uni *octavo;* tum *octavum* (a fol. 41 r. ad 42 r.) *nono;* tum *nonum* (a fol. 42 r. ad 69 v.) *decimo;* ac denique *decimum*, quod (a fol. 69 v. ad 71 v.) precationes et benedictiones brevissime acutissimeque enuntiatas exhibet, in Paris. Cod. prorsus desiderari. — Quum igitur, solo *ultimo* Capite excepto, reliquorum argumenta, etsi non unâ ratione digesta, fere iisdem tamen verbis atque in Par. Cod. indicata sint, fieri potuisset, ut haec diversitas aequalitati textûs nihil offecisset, utque ex. gr. hic *primum* Caput eadem plane et eodem ordine ac *primum et secundum* in Par. Cod., item

que *tertium* eadem ac *quartum et quintum*, obtulissent. At haec quoque res secus se hebet: certe in iis libri partibus, quae quomodo in Par. Cod. exstent, per acceptam Slanei collationem accurate cognovi; de reliquis, id est, de majori minorive convenientiâ Capitum 8^i, 9^i et 10^i secundum illum Cod., cum 6°, 7°, 8° et 9° secundum Petrop., judicare ego neutiquam possum, sed suspicor tamen, diversitatem ejusdem fore generis. Nimirum, cum in universum dici possit in utroque Cod. *unus* offerri liber, et cum plerumque diversae sectiones *eâdem* serie se invicem excipiant, innumeri tamen loci sunt, in quibus alter ab altero discrepet. Quae discrepantia maximam quidem partem in eo sita est, quod in Petrop. Cod. longe *brevior* quam in Paris. textus se offert, et quamplurima igitur *omissa* sunt quae in hoc (et in libello a nobis edito) exstant; at contrà tamen etiam alia, nec pauca, in illo sunt *addita*, quae in hoc plane desiderantur. Tum vero *transposita* quoque nonnulla sunt, non eam tantum in modum, ut verba quaedam aut integrae sectiones in aliis *eorundem Capitum* locis offendantur, verum its etiam nonnunquam, ut alter Codex eandem sectionem in *diverso Capite* quam alter exhibeat. Triplicem hanc discrepantiam accurate nunc non opus est ut persequar; at summatim tamen unum et alterum hic notabo, ut magis appareat, cujusnam generis sint praesertim *omissiones* illae et *additamenta*, de quibus mentionem injecerim. Nimirum in 1° jam Capite nonnulli al-Qorâni loci inter se transpositi sunt, et tota illa sectio, quae in nostrâ edit. est e p. ٥ vs. 8 ad ٩ vs. 12, hic neque cum nostro textu neque cum Par. Cod. conspirat; tum e Mohammedis dictis haud pauca hic omissa, alia nova passim addita, alia diversis locis collocata. In 2° Capite et integrae nonnullae sectiones suppressae sunt, et in reliquis multa dicta desiderantur, quae Codex Paris. (et noster libellus) exhibet. Brevitas vero illa maxime in 3° Capite conspicua est, in quo singulis, qui commemorati sunt, Regibus *unum* tantum dictum tribuitur, exceptis in priori parte (فى ملوك الجاهلية) paucissimis, et in posteriori (فى ملوك الاسلام) etiam haud ita multis, quorum duo, tria, rarissime plura, traduntur. Praeterea in hoc quoque Capite nonnullae sectiones prorsus omissae sunt, at contrà inter relata dicta unum et alterum est, quod in Par. Cod. (et nostro libello) non exstet. In 4° Capite plerisque Wezîris plusquam unum, et magno eorum numero complura dicta tributa sunt: paucae tantum sectiones hic desiderantur, imo in fine magnum additamentum est, cujus in Par. Cod. (et nostro libello) nullum se vestigium offert. Nempe post commemoratos *Wezîros* segmentum sequitur de السادات الكُبَراء, quod in fol. 30 r. his verbis incipit: ومن فِينا موجَزاتُ كلامِ السادات الكُبَراء حاتِمْ الطائى الخ, et ad finem Capitis, id est ad fol. 32 v., pertinet. In 5° denique Capite multa rursus singulorum dicta omissa sunt, sed aliquantus etiam numerus novarum sectionum passim iis, quas nostra editio offert, insertus est.

Ex his manifesto jam apparet, tum longe abesse, ut Petropolitanus ille Codex *ubique* usui sit ad nostram editionem et interpretationem aut confirmandam aut corrigendam, quippe in quo permultis in locis ne dimidia quidem pars dictorum, ibi exstantium, offendatur; tum vero etiam, sat magnum denuo spatium impletum iri, si omnes diversitates, quibus textus editus et cum Par. Cod. collatus ab illo discrepet, singillatim accurateque hic describerem. A quâ igitur re, quamvis ipse statim post acceptum Codicem omnia illa in meum usum breviter notare festinaverim, in praesenti quidem prorsus abstineo; postea tamen de iis certe quae majoris esse momenti videntur, et praecipue de additamentis illis, ac de sectionibus quibus postrema Capita constant, in uno aliquo *Orientalium* volumine fusius expositurus. Quae

expositio ad eandem, credo, persuasionem, quae mea jam est, Lectorem adducet, Petrop. Codice *recentiorem* editionem libri الاعجاز والايجاز quam Parisiensi exemplo contineri: quae a scriptore plurimis in locis ita breviata, et in aliis contrà ita aucta et amplificata fuerit, ut quodammodo novum esse opus, ac novo igitur patrono muneri offerri posse videretur. Consequens hinc simul est, ut, cum prior editio, quantum ad septem priora libri Capita attineret, perparum modo ab antiquiori ejusdem scriptoris opusculo, a nobis nunc vulgato, differret, posterior illa, ubicunque a priori recederet, magis etiam magisque ab isto libello diversa evaserit.

Jam igitur hoc tantum agam, ut quod ipse ex collato Petrop. Codice lucratus sum, vel ad emendandam interpretationem nostram (sive ea super edito textu, sive super Paris. Cod. structa esset), vel ad confirmandum in dubiis locis judicium nostrum, id, quam brevissime possit, hic cum Lectore impertiam; hoc est, ut mendis et erroribus, quibus illud quoque exemplum, etsi omnino praeclarum, minime liberum est, tacite praetermissis, fere solos tangam eos locos, in quibus eadem dicta, quae nos ex nostro Cod. edidimus, aut ex Paris. nobiscum communicata interpretati sumus, aliquà ex parte saniora et perfectiora quam in his se obtulerint. Et passim annotatio nostra ad nudas quoque vocales spectabit: quas in illo Cod. ubique a librario diligentissime additas, maximà cum delectatione vidi longe plerisque in locis cum iis quae aut textui a nobis adjectae aut vertendo expressae fuerunt, accurate convenire. Uti vero etiam hac in parte haud paucos manifestos errores offendi (et maxime quidem in nominibus propriis peregrinis), ita in nonnullis tamen vocabulis librarii pronuntiationem aliquantulum nostrae praeferendam esse non dubito. Caeterum vix opus est, ut dicam, me eàdem hac opportunitate usurum esse, ut quae ipse in plagulis paratis minus bene se habere jam vidissem, Lectori nunc indicem et corrigam.

Itaque propositam rem instituens, hoc unum praemoneo, me omnia quae de *nominibus propriis* hic passim dicenda essent, silentio transiturum; quandoquidem in *Indice*, qui typis nondum expressus est, haec multo commodius suis singula locis inseri poterunt.

In p. edit. ٣ vs. 7 scripsimus بِسَرْقَتِها: in Petrop. Cod. melius pronuntiatum est بِسَرِقَتِها. Sine dubio enim سَرِقَة illud non *unitatis forma*, sed simplex infinitivus est (conf. infra p. ١٧ vs. 10). In interpret. igitur p. 5 vs. 3 pro *ipso hoc semel patrato furto* restitue: *hoc furando*. — Hujus ejusdem pag. vs. 9 et 10 vox *causa* per imprudentiam ordinariis litteris scripta fuit: *cursive*, ut ajunt, exarari debuerat, quoniam pro nostri Codicis vitiosà lectione سبب, necessario sequenda ea est, quam Paris. (itemque Petrop.) utroque in loco offert, أَسْباب.

In p. ٤ vs. 2 pro تشتهى in Petrop. Cod. تشتبيه scriptum est. — In vs. 3 هاتانِ الكَلِمتانِ non *haec duo verba* (ut vertimus in p. 5 vs. 8 a f.), sed potius *haec duo enuntiata*, nempe ما تشتهيه الانفسُ et وتلذّ الاعينُ, significat: de quà potestate vocis كلمة conf. infra p. ١٩ vs. 8, ٣٨ vs. 17 et ٤٤ vs. 6.

In p. ٥ vs. 1 etiam Petrop. Cod., ut Par., offert ظُهُورًا لِبُطُونٍ. — In vs. 2 pro يودّون in illo scriptum est يُورِدُونَ: quod, cum sententiam loci non mutet, ob sequens عليه certissime probandum est. — In vs. 4 pro احد من أعْيان الأعْلام melius fortasse in illo exstat احدُ الأعْيانِ الأعْلامِ.

In p. ٧ vs. 4 pro يُصْلِح Petrop. Cod. يَصْلُحُ offert: quo confirmatur ergo quod in p. 11 ann. 5 jam diximus. — In vs. 5 pro اصحابى, ut in Paris. Cod., scriptum est أُمَّتى ; post اخرِهِ autem haec sequuntur: مثلُ ابى بَكْرٍ مثلُ عِتْرَتى كسَفِينةِ نُوحٍ مَنْ رَكِبَ فيها نَجَا ومن تأخَّر عنها هَلَكَ كالغَيْثِ أَيْنَما وقَع نفَع. Sic ergo ultima illa verba multo melius intelliguntur, quam ut in Paris. Cod. statim post اخرِه adjecta sunt (conf. in p. 11 ann. 6). — In eodem vs. Petr. Codex verba عمّالكم — عليكم ita plane ut in nostro Cod. scripta sunt, exhibet, hoc solo discrimine, quod و vocis وكما perperam ibi omissa est (كما تَكُونُوا يُوَلَّى عليكم). — In vs. 11 pro مَرْآةُ recte ibi مِرْآةُ scriptum est: sensus enim dicti sine dubio hic est: *Credens est speculum fratris sui*; id est: *Alter credens alteri exemplo est.* Similiter in Cod. 814, 2°, p. 37 vs. 3 seq., hoc dictum tribuitur Abū-'n-Naçro Moḥammedi ·ibn-Ab-di'lgabbār ·al-'Otbī (conf. p. ۴۲ vs. 2 seqq.): التَّجْرِبَةُ مِرْآةُ المَرْءِ, *Experientia speculum viri est.* — Pro verbis, quae in eodem vs. post دارِه in Par. Cod. addi dictum est (conf. annot. 4 in p. 12), in Petr. haec multo meliora extant: نِعْمَ الخَتَنُ القَبْرُ, *Bonus gener sepulcrum est.* Cujus dicti sensus cum huc redeat: *Optabilius est, filiam morte sublatam sepulcro tradere, quam eam viro nuptum collocare*, evidens est, id plane idem significare quod sequens: دَفْنُ البنات من المَكْرُمات. — In vs. 14 pro مَنْ يَهْدِم ibi offertur مَنْ هَدَم, quod sequenti من قتَل melius respondet.

In p. ٨ vs. 8 verba ان الله — وفاته, sic in Petrop. Cod. scripta sunt: انّ الله يَبْغُض البخيلَ فى حيوته ويُحِبُّ السَّخِىَّ بعد موته, *Deus odio habet avarum in vitâ ejus, et amat liberalem post mortem ejus.* — In vs. 10 pro انّكم — الطمع, haec ibi exstant: وقال عليه الصلوة والسلام للأنصار انّكم لَتَكْثُرُون عند الفَزَع وتَقِلُّون عند الطَّمَع, *Et dixit Moḥammed Medînensibus: Vos multi estis* [multum valetis] *ubi hostem timetis, et pauci estis* [parum valetis] *ubi pugnandi cupiditate flagratis.* Pronuntiatio illa verborum تكثرون et تقلّون sine dubio melior est eâ, quam nos et in textu et in interpretatione (p. 14 vs. 5 seq.) secuti sumus. — In vs. 13 post عند الله ibi additum est يومَ القيٰمة, quod sensum complere videtur.

In p. ٩ vs. 6 pro البُكور in Petrop. Cod. scriptum est الحَرَكَة, *in motu*, quod bonum quoque sensum praebet. — In vs. 10 ibi non يُؤْلَف, sed يُؤْلِف, offertur, hoc sensu: *Nihil boni est in eo, qui neque ipse familiaritatem colit, neque alios conjungit vinculo ejus.* — In vs. 13 pro سِمَنُها rectissime ibi سَمْنُها scriptum est: quare in p. 17 vs. 16 pro *Earum pinguedo* restituas: *Butyrum earum.* — In p. 18 ann. 1 per errorem مَصَارِعُ الشَّرِّ pro مَصَارِعُ السُّوءِ exaratum fuit.

In p. ١٠ vs. 3 Codex Petr. pro تاجروا بالصدقة offert: تاجروا اللّهَ بالصدقة, *Mercaturam facite eleēmosynarum cum Deo.* Quo nomine addito, multo melius intelligitur, cur 3ª verbi forma usurpata sit. — In vs. 8 pro فانّها scriptum est فانّه, quod, uti etiam in libro لطائف الصحابة offertur (conf. p. 20 ann. 1), non dubito jam quin veram lectionem contineat. — In vs. 17 pro هَدْمُ exstat يَهْدِمُ, quod sensum loci quidem non mutat (*Aes alienum destruit religionem*), sed fortasse tamen rectius est. — In vs. 20 pro altero المطر, cujus loco in Par. Cod. الحجر scriptum est, Petrop. perspicue offert الحَجَرَ. Ex quâ verissimâ lectione jam sic vertendum est: *Vos tardam judicatis pluviam, at ego tardos judico lapides* (nempe, *qui coelitus in vos demissi, eodem modo vos opprimant et comburant, quo olim Abrahae Regis exercitum*: vide al-Qor. CV. et Marraccii ad eum locum annot.).

In p. ١١ vs. 3 etiam Petrop. Codex perspicue offert: فتخالَدوها أحْسَنَ أعْمالكم. Nibilo tamen secius mihi manet opinio, quam p. 22 in ann. 1 expressi. — In p. 23 vs. 2 pro *fodinam suam* substitue: *nativam sedem suam.*

In p. ١٢ vs. 16 verba بالافضال الخ sic in Petr. Cod. scripta sunt: بالأفْضالِ تَعْظُمُ الأقْدارُ. Et forma أفْضالٌ, tanquam pluralis ducta a فَضْلٌ, *excellentia*, *beneficium*, *gratia*, exstat quidem in Meninskii et Richardsoni Lexicis, sed certis exemplis mihi non cognita est. Si tamen bene se habet, huic certe loco optime congruit, ita ut sensus dicti hic sit: *Per animi et indolis excellentias magni fiunt gradus existimationis.* — In vs. 18 pro من رزق - - ورفق, ibi scriptum est: من خلق ورزق وأنْطَق ووفّق, *qui creat, et victum largitur, et loquendi facultatem impertit, et moderamine suo res secundat.* In his وأنْطَقَ certe longe melius esse quam ونطق videtur.

In p. 25 haec adde annotationi 2ªª: *Conf. infra, p. ٣٤ vs. ١٧, p. ٤٤ vs. ١١ et p. ٤٥ vs. ٤.*

In p. ١٥, post sectionem de جوذر بن سابور (sic enim in Petr. Cod. hoc nomen scriptum est), cui Regi primum tantum quod hic exstat dictum, الدنيا الخ, tribuitur, plane ut in Par. Cod. nova sequitur sectio de فَرْسى ابن إيرانَ, cui itidem unum dictum (الدنيا غَرّارةٌ غَدّارةٌ إنْ بَقيتَ لها لم تَبْقَ لك) adscriptum est.

In p. ١٨ vs. 14 seq. notabilis in Petr. Cod. diversitas est in verbis ورُفع إليه الخ, quae ibi sic exstant: ورُفع اليه انّ وكيلَ النّفقات يَبْدَأُ فى الانْفاق بنفسه فوقّع متى رايتَ نَهْرًا يَسْقى النّاسَ قبل انْ يَشْرب, *Et quum scripto ei delatum esset, procuratorem expensarum incipere in expensis a semet ipso, rescripsit: Ecquando amnem vidisti homines rigantem antequam ipse bibat?* Haud eundem quidem plane sensum, sed valde finitimum tamen, etiam verbis in nostro Cod. oblatis subesse apparet, si modo متى in vs. 15 non cum على المقدار, sed cum تزيد مروءته, jungatur, et pronomen vocis مروءته ad ipsum Anûsirwânem referatur: ita ut sensus loci hic sit (conf. p. 33 vs. 20 seqq.): *Et quum scripto ei significatum esset, generositatem ipsius erga procuratorem expensarum suarum modum excedere, rescripsit: Ecquando caet.*

In p. 34 vs. 16 pro *verbis* substitue *enuntiatis* (conf. supra p. 98 vs. 6 a f. seqq.). — In p. ٢٢ vs. 10 verba اذا ادبر — عدوّهم, quae sola in Petrop. Cod. Jezdegirdo illi tribuuntur, sic ibi scripta sunt: اذا أَدْبَرَ الدهرُ عن قوم كُفِيَ عَدُوُّهم, *Quando fortuna recedit a populo quoquam, sufficienti auxilio juvatur hostis eorum.* Quae pronuntiatio mihi praeferenda videtur.

In p. ٣٠ vs. 5 et 8, Petrop. Codex pro آخر offert أَحَدٌ. — In vs. 14 post سنة haec ibi quoque addita sunt: ثم بعدها مُلْكٌ.

In p. ٣١ vs. 1, lectio Paris. Codicis (in Petrop. illud dictum non exstat), pro ولا offerentis وما غَضَبِي, confirmatur loco Meidânii, quem vide apud Freyt. *Ar. Prov.* I. p. 600 n. 29. Tum ergo ما غَضَبِي in utroque loco verti debet: *quid irascar ei* caet. — In vs. 5 seq. verba وقال — عنهما, sic in Petr. Cod. scripta sunt: وقال للحُسَيْن بن عليّ رضوان الله تعالى عليهما. — Sectio de Mocabo ‧ibno-'s-Zobair etiam ibi, ut in Paris. Cod., inter sectiones de Abdo'llâho ‧ibno-'z-Zobair et Abdo'lmalico ‧ibn-Merwân exstat. — Verba, quae in Par. Cod. hujus sectionis finem constituunt, وكتب الى الحجّاج الخ, etiam ibi offeruntur et sic scripta sunt: وكتب الى الحجّاج فى أَمْرِ السَّوَادِ أَتْرُكْ لهم لُحُومًا يَعْقِدُوا. ديبا شُحُومًا. Credo, بيا pro بد recipiendum, sed اكل servandum esse.

In p. ٣٣ vs. 5, verba المناكح — الشرف sic in Petr. Cod. exstant: المَنَاكِحُ الكَرِيمَةُ مَدَارِجُ الشَّرَفِ; itaque ad litteram conveniunt cum iis quae a Meidânio sunt tradita, apud Freyt. l. l. I. p. 644 n. 192. — Pro vs. hujus pag. ultimo plane eadem in Petr. Cod. atque in Paris. scripta sunt. — In p. 41 sic mutetur annotatio 3a: *Uti hic — — appellatur (vide etiam infra, p. ٣٨ vs. 7), ita in loco libri* لطائف الصحابة (*MS. p. 76 vs. 9; ex ed. Cool. p. ٢٣ vs. 11*) *Califa ipse* caet.

In p. ٣٣ vs. 7, verba ما الطَّمَعُ الخ potius sic vertenda sunt (conf. p. 42 vs. 9 seq.): *Quid juvat concupere id quod — potest, et metuere id quod — vitari?* — Emendatio quam proposui in vs. 15, ut pro كان اعرق — بالمُلْك legatur كان أَعْرَقَ — فى المُلْك (vid. p. 43 ann. 1), plane confirmatur loco qui exstat in hujus ejusdem scriptoris libro لَطَائِف المَعَارِف, cujus 5um Caput hunc titulum habet: الباب الخامس فى ذكر الأَعْرَقِينَ فى كلّ طَبَقة والمتناسقين فى أَحوال مختلفة, et in quo Capite quinta sectio sic incipit (MS. 814, 1, fol. 22 v.): أَعْرَقُ الناس فى المُلْك والخلافة من كلّ طَرَفَيْه يزيدُ بن الوليد بن عبد الملك الخ. — Dictum Jezîdi, quod ultimo hic loco positum est (in vs. 18 seq.), اخاف — السودد, unicum est quod eidem in Petr. Cod. tribuitur: pro الشَّرَف ibi scriptum est الشَّرَف, sed sine dubio male. In nostrâ interpretatione (p. 43 vs. 8) prima verba أَخَافُ على نَفْسى عَيْنَ الكَمَال non recte expressa sunt: vera enim vis eorum haec est: *Timeo mihi*

oculum malignum ·*al-Kemâli*. Vide Meninskii (et Richardsoni) Lex. in v. عَيْن, et Slaneum in *Ibn Khallikan's Biographical Dictionary* Vol. I. p. 199 ann. 4, quo loco explicuit hoc distichon, in laudem Kemâlo'ddini ·ibno-'*š*-Šehrozûri factum (edit. Arab. ejusdem operis T. I. 1 p. ١٤٣ vs. 15):

(الكامل) فكَفَاهُ عَيْنُ كَمَالِه فى نَفْسه وكَفَى كَمَالَ الدين عَيْنَ كَمَالِه

Ac sufficit illi apud animum absoluta perfectio sua (id est: *tali perfectione fruitur, ut nullam accessionem optet*); *et sufficit haec ipsa Kemâlo'ddino ad avertendam noxam maligni oculi Kemâli sui* (h. e. *invidorum sibi et infestorum hominum*).

Eadem dictio offenditur quoque in Capite 10° hujus libri secundum Petrop. Cod., in quo (fol. 71 r. vs. 6 seq.) hoc beneprecationis specimen, Abû-'*n*-Naçro ·al-'Otbi tributum, citatur: أَعَاذَهُ اللهُ من عَيْنِ الكَمَالِ وحَرَسَ كَرَمَهُ من لُؤْمِ الزَّمانِ, *Faciat eum Deus* (*ad se*) *confugere ab oculo maligno ·al-Kemâli, et tueatur generositatem ejus a vili tractatione temporis!*

In p. ١٣ vs. 9 Petr. Codex pro الدَّوْلَة reverâ الدَّعْوَة offert: conf. p. 44 seq. ann. 6. Haud accurate vero in hac annot. vis appellationis illius صاحب الدَّعْوَة expressa est, utpote quae propris significat: *Is qui homines invitat et excitat ad hujus illiusve dynastiae partes sequendas.* Vide Slaneum l. l. I. p. 468 ann. 1. — In vs. 13 verba ما اقبح الخ sic in illo Cod. offeruntur: ما أَقْبَحَ (l. أَقْبَحَ) بِنَا أَنْ تكونَ الدنيا لنا الخ: quae lectio non videtur ei quam vertendo expressimus, praeferenda esse. — Post sectionem de أبو جعفر المنصور etiam ibi, ut in Par. Cod., haec sectio sequitur: عبد الله بن على عمّ المنصور لمّا يَئِسَ مروانُ من نفسه كتب الخ. Dictum vero, quod in libello a nobis edito ·al-Mançûro, in Par. autem Cod. ·al-Mahdio tribuitur (اقلّ ما يجب الخ, vs. 18 seq.), in Petrop. Cod. non exstat.

In p. ١٥ vs. 7 Petr. Codex pro يحيط etiam recte offert يُحِيطُ به, sed pro sequenti عُذْرٌ minus bene, credo, عَفْوٌ.

In p. ٣٩ vs. 15 verba ما العَقَارُ الخ (quae ibi non *Mohammedi ·ibn-Abdi'llâh ·ibn-Tâhir*, sed *Ibrâhîmo ·i.-A. ·i.-T.*, tributa sunt) sic scripta exstant: ما لِلْعَقَارِ والوَقَارِ الخ; et idem dictum, prorsus eodem modo exaratum, etiam offenditur in illo Cod., in initio Capis 8i (فى موجزات كلام الظُّرَفاء), et ibi Šorâ·e adscriptum est (fol. 41 r. vs. 9 seq.). Credo nunc, lectionem ما للعقار, quae in Par. quoque Cod. offertur, recipiendam, sed manet mihi persuasio, non لِلْعَقَارِ, sed لِلْعُقَّارِ pronuntiandum esse. In p. igitur 50 vs. 8, pro *Non juvant praedia et gravitas*, simpliciter substituatur: *Quid juvant p. e. g.*, sive *Quid boni cum praediis et vitae gravitate conjunctum est?* — Post vs. 18 eodem ordine in Petr. Cod. quo in Paris. se invicem sectiones excipiunt, hoc solo discrimine, quod sectio de Ahmede ·ibn-Tûlûn

ibi *ante* sectionem de Amro ʿibno-ʾl-Laiṯ est posita. — In vs. 20 seq. pro ولمّا – – وللهراش haec ibi leguntur: ولمّا ظفر بعَمْرو بن اللَّيث أَحَبَّ أن يَكْتُبَ الى المعتضد كتابا فى نهاية الايجاز ثم يُتْبِعُهُ (يُتْبِعَه l.) بالشَّرْحِ والتَّفصيل فكتب اليه امّا بعدُ (فانّ adde) عَمْرًا أَصْبَحَ اميرًا وأَمْسى اسيرًا وعُرِضَ عليه مرّةً غُلامٌ فقال هذا يَصْلَحُ للفِرَاش والهِرَاش ✿

Uti in p. ١٧ vs. 5 etiam in Petrop. Cod. recte ante الدنيا additum est اهل, ita in vs. 6 similiter pro قلّ offertur قَامَ. — In vs. 8 pro كقَوْمٍ فى سَفينة in Par. Cod. كركب scriptum esse diximus (in p. ٩, vs. 4 a f.), ac pro eo aut كَرَكْبَةٍ aut كُرْكَاب substituendum putavimus. Easdem tamen litterae etiam in Petr. Cod. exstant, et his quidem vocalibus instructae: كَرَكْبٍ. Sensus ergo dicti secundum hanc lectionem est: *Incolae mundi sunt ut caterva camelis vecta, qui in itinere proferuntur dormientes.* — In vs. 11 pro عُمْرُكَ الخ ibi scriptum est: وعُمْرُكَ بقَدْرِ سَفَرِهِ تَحَوُّكَ. — In vs. 19 pro يشغل etiam offertur شغل.

De ʿal-Moʿtazzo-bi'llâh unicum quod in Petrop. Cod. traditur, id est, quod in nostrâ edit., p. ٢٨ vs. 10, a كانتْ أُمُّه يقال لها قَبِيحَةُ وكانتْ ولمّا incipit. Idem vero illud his ibi verbis relatum est: ولمّا حصرته تُحَرِّضُه على قَتْلِ الاتراك الذين قتلوا اباه وتَبْرُزُ اليه قميصه المضرّج بدمه فقال لها يومًا ارْفعيه والّا صار القميص قميصَيْنِ ✿

In p. ٢٩ vs. 5 etiam Petr. Codex pro priori عبد offert خادمٌ: vide p. 56 ann. 5. In hac autem annot. et similiter in ann. 1ᵃ ad p. 57 deleatur vox *Califae*, cum in ipso certe Codice nihil aliud scriptum sit quam ابنه, et الراضى بالله. — Post sectionem de ابو بكر ابنه ابو على احمد بن محمد محمد بن المظفر بن مُحْتَاج الصَّغانىّ (sic enim in Petr. Cod. illud nomen offertur) sequitur etiam ibi, ut in Par. Cod., sectio de ابو على ابنه, in quâ tamen non eadem quae in hoc Cod. (كان يقول ابغض الخ, vs. 6), sed longe diversa haec leguntur: لمّا قُتِلَ مَاكَانَ بِبَابِ (بيّاب l.) الرَّىِّ كتب الى نَصْر بن احمد أَمّا بَعْدُ فانّ ماكانَ قد صار كاسمه والسّلام, *Postquam occisus erat Mâcân ad portam urbis ʿar-Reiji, scripsit ad Naçrum ʿibn-Ahmed: Quod ad rem quae nuntianda est attinet, Mâcâni accidit quod sonat nomen ejus* (h. e. *non amplius exstat*). *Vale.* Conf. *Index* in v. ماكان. — In vs. 10 seq. Petrop. Cod. pro priori تُرَدِّب offert يُولَدُونَ, pro posteriori يُعاقبون. — In vs. 14 ibi pro المِلّة scriptum est الأُمّة, quod nescio an male se habeat; in annot. vero 6ᵃ ad p. 57, pro *assertio juris* (*in imperium*) substituatur: *invitatio, excitatio, ad jura dynastiae agnoscenda et tuenda.* Vide superioris pag. vs. 12 seqq.

In p. ٣٠ vs. 5 ita plane ut nos edidimus, in Petr. Cod. scriptum est وكَدْخُذَائِيَّة. — In vs. 6 dictum لَذَّةُ الملوك فيما لا تُشارِكهم فيه العامّةُ من مَعَالى sic in eo Cod. exhibetur: لذّة الملوك الخ. — In eodem vs. ibi ante أَقْدام non الوَسَائِلُ, sed الرَّسَائِلُ, additum est, et in seq. vs. post الأُمُورِ ما أُخْرِجَ من omissum من. In Cod. vero 814, 2, ubi etiam sectio offertur inscripta: والشّفاعاتُ كلام الامير شمس المعالى قابوس (بن) وشمكير (p. 6—8: conf. supra p. 86 ann. 5), recte, ut in Par. Cod., الوسائل exstat; at deëst ibidem من, quod quidem nemini necessarium videbitur. — Pro vs. 10—12 haec in Petr. Cod., maximam partem ut in Par. (brevitate exceptâ), scripta sunt:

الامير ابو المظفّر مأمون بن مأمون خوارزم شاه سمعتُه يقول هِمّتى ـ أَنْظُرْ له ـ صاحب الجَيْش سمعته يقول لا ضَيْعَةَ على من له صَيْعَةٌ ويقول لا أُحِبُّ تَوْفِيرَ مالى بِنُقْصان خَدَمى. Vides igitur, verba لا ضَيْعَةَ الخ ibi prorsus ut in *nostro* Cod. afferri, nequaquam ita ut ex Paris. ea interpretando expressimus (in p. 59 vs. 2 seq.). Et poenitet jam fidei, illo in loco huic habitae: multo enim melius altera, quam tunc rejecimus, lectio se nunc habere videtur, nempe sic exprimenda: *Nullum pereundi periculum ei imminet, qui artis qualiscunque gnarus est* (conf. simile dictum quod exstat in p. ٤١ vs. 3 seq.). — Quod in vs. 13 pro نصر in accusat. scripsimus نصرًا, id Petr. Codex confirmat, qui caeteroquin in hac sectione a textu edito sat multum discrepat.

In p. ٣١ vs. 5 pro المهدى etiam in Petrop. Cod. المنصور scriptum (itaque in seq. vs. ايضا omissum) est, et mox in hoc eodem vs., للشَّرَف بها لا للشِّبَع منها. — In vs. 6 verba حُسْن الخ sic ibi exstant: حُسْنُ البِشْرِ عَلَمٌ من أَعْلام النُّجْحِ (conf. p. 60 ann. 1 et 2). — In vs. 11 seq. conspirat cum Par. Cod., tum من omittendo, tum يَضْطادون offerendo. — In vs. 16 pro تكسّبه, ut in Cod. Par., scriptum est مَكْسَبه: quae igitur si vera lectio est, manifestum videtur, formam مَكْسَبٌ valere pro infinitivo 1ae formae.

In p. ٣٢ vs. 5 Petr. Codex non يُحْرِم, sed يَحْرِم, offert. — In vs. 18 seq. dictum ما رايتُ الخ sic ibi exstat: ما رايتُ أَقْرَبَ رِضًى من سَخَطٍ ولا أَسْرَعَ ما بَيْنَ قُرْبٍ وبُعْدٍ مِنَ المُلوك. Nescio tamen, an illud اسرع certe non necessarium sit.

In p. ٣٣ vs. 1 pro وزير الواثق in Petr. Cod. scriptum est: وزيرُه ايضا ووزير الواثق. — In eodem vs. verba صنعنى ـ ـ بها sic potius, quam in p. 63 vs. 10 seq. factum est, vertenda videntur: *Fecit me Princeps credentium alumnum, quo ut unicum se altorem distinxit.* Conf. ea, quae infra ad p. ٣٧ vs. 16 dicturus sum. — In vs. 8 pro وزيره ايضا in Petr. Cod. est وزير المتوكّل والمعتمد. — In vs. 9 ibi, ut in Par. Cod., offertur أَنْفَقَ. — In vs. 13 ibi omissum est له post عامل; nec male,

ut puto: oriri enim facile potuit ex repetitione ultimae hujus vocis litterae, et nonnihil molestiae facit. — In vs. 17 pro طرف الصداقة أملح من شرف العلاقة haec ibi exstant: غزل ـ الولاية (conf. in p. 65 ann. 2).

In p. ٣۴ vs. 1 etiam in Petr. Cod. لا omissum est. — In vs. 10 idem ibi offertur, quod ex Par. Cod. interpretati sumus: بالخيانات تؤدّى الأمانات. — In vs. 11 hoc ibi scriptum est: رُبَّ عامل يبنّا به عمله. Vides igitur, certe non تؤدى, sed تودى (id est, ipsum illud quod conjecturâ usus hic restituendum putavi: conf. p. 66 vs. 9 seq. et ann. 4), in illo Cod. exstare, nec dubitabis porro, credo, utrae vocales praeferendae sint. — In vs. 14 pro الاصاد etiam in Petrop. Cod. الأرصاد scriptum est; necdum tamen video, quem sensum id praebeat. — In vs. 18 pro بألف offertur بألف دينار, et pro بعشرة (conf. in p. 67 ann. 4, in cujus fine per nudum errorem pro دينار scriptum est بعشرة دراهم , دنانير).

In p. ٣٥ vs. 2 etiam in Petrop. Cod. perspicue offertur أنشرق. — In vs. 4 (cui sectioni ibi inscriptum est: عيسى بن خاقان وزير المقتدر) pro المضيع ـ له haec exstant: المضيع لا رزق له ومرحبا بالنعمة الحوزئة, quae sic interpretanda nunc puto (conf. p. 68 ann. 2): *Qui perire sinit (opportunitates sibi oblatas), caret rebus ad vitam suam necessariis: ac gratulandum censeo adventum praeclaris ministris* (id est: *lubenter et laete excipiendos censeo praeclaros ministros*, nimirum *ut utilitatem afferant*), *vel tunc cum perfide priores dominos reliquerunt.* Suspicor, in nostro Cod. صديق mendum esse, quod ex رزق obscurius scripto exstiterit; ضيّع vero et أضاع plane idem significant. — In vs. 9 pro وزير المكتفي ibi scriptum est: آخر وزراء بني العباس (vide *Indicem*). — Pro sectione quae hic offertur in vs. 11 seq., in Petrop. Cod. sectio est de ابو الفضل محمد بن عبد الله البلعمي وزير نصر بن احمد, cui praeter unum aliud dictum, etiam hoc tribuitur (conf. hic vs. 12): حسن الذكر ثمرة العيش (rectius sine dubio quam العلم est العيش, quod in nostro Cod. et Paris. scriptum est). — In vs. 15 seq. ibidem (et similiter in Cod. 814, 2, p. 8 vs. 3 a f., in sectione inscripta من كلام ابي محمد الحسن بن محمد المهلبي الوزير) pro ما أخرج للمصائب offertur للمصائب, et pro تثبت, ثبت (in Cod. 814, 2 est ثبتت, sed manifestum mendum hoc est, ex تثبت ortum). Posterior diversitas vel hoc solo se valde commendat, quod secundum eam lectionem verba تعرض et تثبت unius sunt formae; prior vero plane rejicienda est, quia المصائب et النوائب rursus idem significant, nec potest in priori membro aliud nomen haberi, quam quod *res*

arduas, periculosas, exprimit. — In vs. 20 Petr. Cod. (itemque Cod. 814, 2, p. 3 vs. 10, in sectione inscripta (ما أُخْرِجَ من كلام ابى الفضل بن العميد pro من كلّ امرٍ offert فى كلّ امر, et post sequens من, uti Paris. Cod., additum habet بَدْءُه. Hoc certe igitur probandum videtur: unde consequens est, ut in p. interpret. 69 vs. 11 pro *et — — exitum* substituatur: *et a principio rei cujusque notum habet exitum ejus.*

